GAII
INSTITVTIONVM
COMMENTARII QVATTVOR

EX MEMBRANIS DELETICIIS
VERONENSIS BIBLIOTHECAE CAPITVLARIS
ERVIT
IO. FRID. LVD. GOESCHEN

ACCEDIT
VETERIS IVRISCONSVLTI DE IVRE FISCI
FRAGMENTVM
EX ALIIS EIVSDEM BIBLIOTHECAE MEMBRANIS
TRANSCRIPTVM

CAROLVS LACHMANNVS
AD SCHEDAS GOESCHENII HOLLWEGII BLVMII
RECOGNOVIT

GOESCHENIANA EDITIO TERTIA
CVM TABVLIS AERI INCISIS

BEROLINI
IN AEDIBVS GEORGII ANDREAE REIMERI
MDCCCXLII.

VIRIS SVMME REVERENDIS

IISDEMQVE ILLVSTRISSIMIS ATQVE OMNIBVS

HVMANITATIS DOTIBVS CVMVLATIS

CAPITVLI ECCLESIAE EPISCOPALIS VERONENSIS PRAESIDI ET SACERDOTIBVS

REGIA SCIENTIARVM ACADEMIA BORVSSICA

S. P. D.

En Vobis Vestrum, Viri Summi, Gajum, quem nostrorum curae et fidei commisistis, reddimus: et talem quidem reddimus, qualem sperabamus Vobis gratissimum fore. Nam cum Dei providentia et majorum merito domini et dispensatores facti sitis supellectilis litterariae cum copia conspicuae tum praestantia paene incomparabilis, Vos tanto thesauro non incubatis, res ad erudiendum genus humanum utilissimas non premitis neque eas orbi litterato quam primum impertiendi laudem cuiquam, modo digno et ad id negotium apto, invidetis: sed illud potius e re Vestra, illam Vestram maximam laudem putatis, si Vestrae tantae opes ho-

die potius quam cras ita publicentur, ut ad Dei immortalis gloriam, ad verae scientiae amplificationem, ad bonorum ingeniorum alimentum, quam plurimus inde fructus redundet.

Quare cum Augustissimi Regis nostri ad Summum Pontificem orator, collega noster, ***B. G. Nieburus,*** vir ad excolenda et adjuvanda optima studia natus, urbem Vestram ante hos quattuor annos transiret celeberrimamque illam bibliothecam invisere cuperet; Vos tanquam Vestro eam aperuistis et permisistis ut, quae vellet, diligentius ille inspiceret et transcriberet. Ita factum est ut codicis illius pretiosissimi, cujus particulam jam vir ille doctissimus, quem suum olim fuisse Vestra Verona merito sibi gratulatur, ***Scipio Maffeius,*** veluti augurans quanti thesauri primitias orbi litterato offerret, publici juris fecerat, ejus inquam codicis ceterae quoque partes absconditae hucusque et alius operis characteribus obrutae, studio et sagacitate viri optimi detegerentur. Neque hic substitit Vester erga bonas artes favor; neque Vos thesaurum hunc, quod alii fecissent, nunc aut multo magis anxie secludebatis, aut vana Vos patriamque celeriori quam solidiori honore mactandi cupiditate abrepti, minus exercitatis manibus adornandum tradebatis: sed cum audissetis esse apud nos viros aliquos, qui hoc potissimum jurium antiquitatis studium,

quod saeculo proximo per universam Europam marcescebat, strenue instaurarent; non dubitastis, quae Vestra est animi magnitudo, viris extraneis, quos nos Vobis commendaveramus, copiam facere scrinia Vestra adeundi, codicem in orbe terrarum sui generis unicum manibus tractandi, et eousque illi insudandi, donec omnia quae temporis injuria non plane evanuerint, in chartas suas inde conferrent. Qua in re officia atque indefessum studium benevolentiamque Vestri Bibliothecarii, Viri reverendissimi et illustrissimi, Bartholomaei Comitis *Guarienti,* qui nos omnes eo munere sibi devinxit, gratissima memoria recolere solent. Postremo humanissime eos dimisistis animoque aequissimo et benignissimo concessistis, ut apographum illud auro gemmisque aequiparandum domum asportarent uberiori hic otio perpoliendum et, quod jam peractum videtis, cum orbe erudito communicandum.

Itaque Vobis, Viri Summi, id acceptum debetur, quod Gaji opus illud, ex quo jam olim, vigente Romano imperio, a doctoribus elementa Iuris Romani tradebantur, postquam per tot saecula e rerum natura deletum creditum est, nunc denuo eidem gravissimae scientiae tradendae in nostris etiam scholis inservit. Vestro merito debetur inventum, quod in maximis inde ab instauratione litterarum est nume-

randum. Vestrum est quod nova lux his litteris affulsit, quodque velut nova aetas jurisprudentiae Romanae nunc surgit. Quas igitur tota Vobis respublica litteraria gratias debet, eas patimini ut nos potissimum Vobis agamus, quos in meriti illius consortium quadamtenus recipere dignati estis, cum viros a nobis ad Vos missos tanta et humanitate et liberalitate ad honorificentissimum illud munus admitteretis.

Cujus meriti quam vellemus ut re quoque par Vobis referre contingeret! Interim quae nobis relicta est, publicam hanc sensuum nostrorum testificationem, et, doni instar, illud ipsum quod Vos nobis donastis, benigne ut accipiatis rogamus enixe.

Dabamus, Berolini mense Novembri Anni MDCCCXX.

PAVLVS ERMAN

FRIDERICVS DANIEL ERNESTVS SCHLEIERMACHER

IOANNES GEORGIVS TRALLES

PHILIPPVS BVTTMANN

PRAEFATIO I. F. L. GÖSCHENII
PRIMAE EDITIONI PRAEMISSA. *

Bibliotheca Capitularis Veronensis, librorum manuscriptorum copia atque praestantia celebris, maxime membranis, quae juridici argumenti sunt, excellit. Inter quas primum fere locum eae obtinent, quas, Reverendissimo Capitulo consentiente, hoc volumine typis exscribendas curavit Academia Scientiarum Regia Borussica. Sunt autem hae:

1. Codex membranaceus rescriptus, olim XV., nunc XIII., quo sub quibusdam S. Hieronymi scriptis genuinae Gaji Institutiones continentur.
2. Folium singulare membranaceum, in quo de praescriptionum et interdictorum jure exponitur, ipsum quoque ad genuinas Gaji Institutiones pertinens.

* (Quae annotationibus nunc addenda visa sunt, uncis inclusi. Reliqua, leviora tamen illa, quae emendatione indigebant, tacitus correxi.) [Ita Göschenius editione secunda. Quae ego Carolus Lachmannus addidi, per totum volumen diverso uncorum genere circum duxi.]

3. Folia membranacea duo, quae tamen inter se cohaerent; incerti auctoris fragmentum, quod in jure fisci declarando versatur.

Folia, quae sub numeris 2. et 3. recensui, parvulo insunt volumini, varii argumenti fragmenta complexo, cui titulus inscriptus legitur hic: „Vetera Paralipomena Mss. Codicum Capituli Veronensis, a Ioh. Iacobo de Dionisiis Veronensi canonico in unum collecta. 1758."

Iam, quo pacto in publicum emerserit harum membranarum notitia, exponendum est[1].

Vtriusque, de quo dixi, fragmenti, tam ejus, quod de praescriptionum et interdictorum, quam ejus, quod de fisci jure agit, primus meminit, magnum illud Italiae decus, Scipio Maffei. Hunc enim in codicum Capitularium manu exaratorum indice, quem suae Veronensis civitatis descriptioni inseruit, cum scriberet: „Più carte lacere e sciolte d'antico majus-

[1] Conf. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von F. C. v. Savigny, C. F. Eichhorn und I. F. L. Goeschen. Dritter Band. Berlin 1817. pag. 129. sq. — Abhandlungen der historisch-philologischen Klasse der Königlich-Preussischen Akademie der Wissenschaften aus den Jahren 1816—1817. Berlin 1819. pag. 307. sq. — Göttingische gelehrte Anzeigen. 1816. pag. 2009. sq.; 1817. pag. 601. sq. et pag. 1056.; 1818. pag. 17. sq. et pag. 1849. sq. — Leipziger Literatur-Zeitung. 1816. pag. 2529. sq.; 1817. pag. 2641. sq. — (Ignazio Conte Bevilacqua Lazise) Notizia d'alcuni Frammenti di antica Giurisprudenza Romana scoperti nell' anno MDCCCXVII fra i Codici della Biblioteca del Capitolo Canonicale in Verona. Vicenza. 1817. 8. — Thémis ou Bibliothèque du Jurisconsulte. Tome premier. Troisième Livraison. Paris. 1820. pag. 288. sq.

colo, una della quali par fosse d'un codice delle Pandette, ed altra d'un'opera d'antico Giurisconsulto; quai codici se si fossero conservati, niente si ha in tal genere, che lor si potesse paragonare"[2], ad nostra fragmenta respexisse constat. Neque tamen in eo substitit Maffeius. Nam in Opusculis suis ecclesiasticis[3], ubi codicum Capitularium thesaurum diligentius recenset, primum quidem, pag. 61., brevi hac annotatione fragmenta nostra significat: „Carte lacere da un codice delle Pandette, o d'antico Giurisconsulto"; deinde vero, p. 90., plenius ea persequitur ita: „Legum mentio chartarum frusta quaedam mihi in memoriam revocat a vetustissimo codice olim decisa, in quo antiqui Iurisconsulti interpretatio habebatur, aut compendium quoddam Iustiniani Institutionum. Haec verba, velut ex horreo incenso grana, aucupatus sum. Libri quarti XV titulum statim agnosces." Quae sequuntur, fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure satis amplam partem, a verbis ***Superest, ut de interdictis dispiciamus,*** quae pag. 1. vers. 19. leguntur, usque ad verba ***quorum bonorum,*** quae pag. 2. vers. 22. continentur, exhibent. Post quae ita pergit Maffeius: „In pagella altera: ***an-***

[2] Verona illustrata. Parte terza. Verona. 1732. 8. cap. 7. pag. 464.

[3] Istoria Teologica delle dottrine e delle opinioni corse ne' cinque primi secoli della Chiesa in proposito della divina Grazia, del libero arbitrio, e della Predestinazione. Si aggiungono alcuni Opuscoli Ecclesiastici dell'Autor medesimo con importanti Anecdoti in membrane antichissime rinvenuti. Trento. 1742. fol.

cilla Caesaris, quae liberos habuit". Haec verba ex altero illo fragmento de jure fisci deprompta sunt, ubi in folii posterioris columna prima vers. 23. et 24. leguntur. Quae vero adjicit Maffeius: „et in alia: *secundum naturalem significationem verum esse debet*" etc., ea iterum ad fragmentum de praescriptionum et interdictorum jure referenda sunt; hujus enim prima pagina, a fine vers. 3. usque ad verbum *solet* in vers. 13. principio positum, ea, quae hoc loco in medium profert Maffeius, comprehenduntur. Eodem denique pertinet scripturae specimen, quod in secunda tabula, quae Opusculis ecclesiasticis jungitur, sub numero X. aeri incisum conspicitur, repraesentans illud paginae 2. versus 5—9. a verbis *unde omnia interdicta* usque ad verba *editis formulis.* Cujus speciminis postea partem aliquam (pag. 2. vers. 5—7.) iterum aeri incisam, atque etiam typis, licet minus accurate, exscriptam Novi tractatus de re diplomatica auctores exhibuerunt[4].

Quod ad codicem XIII. attinet, multo tardius evenit, ut juridicum ejus argumentum innotesceret; quippe quod occultum manserit ad novissima usque tempora. Quamquam codicem ex palimpsestorum numero esse, Maffeium minime fugerat: cujus rei testis est librorum manuscriptorum catalogus, qui in Bibliotheca Capitulari asservatur, manu exaratus, a Maffeio compositus, post huius autem obitum a do-

[4] Nouveau Traité de diplomatique. Tome troisième. Paris. 1757. pag. 208. Tab. 46.

ctissimo Antonio Masotti recognitus[5]; in eo enim de codice nostro inter alia leguntur haec: „Multae ex chartis codicem alium constituerant: dilutis siquidem anterioribus literis ac deletis, quae nunc cernuntur superinductae sunt, quod et in aliis codicibus animadverti pluries, primae scripturae satis se prodente vestigio, ac si antiquitus adeo infrequentes occurrerent ovinae pelles, ut nisi alterius interitu novus liber oriri non posset"[6]. Itaque, codicem XIII. rescriptum esse, neque Maffeius ignoravit, neque Masottius, quamquam hanc notitiam typis vulgare supersederunt ambo; quale autem esset deletae scripturae argumentum, id vel ipsos latuit.

Nulla igitur de singularibus codicis XIII. dotibus apud viros doctos erat suspicio. Quae vero de reliquis illis, quarum mentionem habuimus, membranis publici juris fecerat Maffeius, ea, in Germania saltem, oblivio fere deleverat; ita ut Celeberrimus Hauboldus, cujus ingentem eruditionem nihil fere solet fugere, memoriam eorum peculiari programmate[7] renovandi optimo jure consilium caperet. In quo libello elaborando cum adhuc occupatus esset, nova atque inopinata accessione aucta est Veronen-

5 Constat duobus voluminibus in fol. Titulus sic habet: Scipionis Maffei Biblioth. Manuscripta Capitularis recognita digesta suppleta sub auspiciis Amplissimi Capituli ab Ant. Masotti Bibl. Veronae MDCCLXXXVIII.

6 Locum hunc exhibet Vol. I. pag. 62.

7 Notitia Fragmenti Veronensis de Interdictis. Auctore Christiano Gottlieb Hauboldo. Lipsiae. 1816.

sium membranarum cognitio. Quam Illustrissimi Niebuhrii, in quo splendidum ingenium, an incomparabilem doctrinam magis admireris, nescias, immortali debemus merito. Is enim anno 1816. ab Augustissimo Borussorum Rege Romam missus, ut ibi Regii ad Sedem Apostolicam Legati locum occuparet, in transitu Bibliothecam Capitularem Veronensem lustravit: cumque in codicem XIII. incidisset, non modo, antiquissima scriptura veteris alicujus Iurisconsulti opus contineri, statim animadvertit; sed, gallae infuso adhibito, in folio XCVII. deletae scripturae ductus tam prospero successu restituit, ut ejus transcribendi facultatem nancisceretur. Praeterea fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure, quod genuinis Gaji Institutionibus adjudicare non dubitavit, plenius atque accuratius exemplum composuit, quam quod olim typis vulgaverat Maffeius. Tandem ejus quoque fragmenti, quod ad tractatum de jure fisci pertinet, transcribendi fecit periculum: et licet temporis angustiis impediretur, quominus harum membranarum, quarum pessima est condicio, accuratum exemplum absolveret, magni tamen aestimandum erat vel minus absolutum earum apographum; omni enim antea destituebamur certa atque definita hujus fragmenti notitia. Quae omnia biduo, eoque ne integro quidem, Niebuhrium perfecisse, ei, qui difficultatum in ejusmodi rebus superandarum gnarus est, incredibile videri possit. Operae fructum Niebuhrius cum Illustrissimo Savinio communicavit. Qui, ut typis mandarentur, quae Niebuhrius

transcripserat, sedulo curavit[8]. Propria praeterea eaque, ut solet, doctissima atque acutissima adjunxit commentaria, in quibus, ut alia multa, ita hanc quoque conjecturam in medium protulit, antiquum codicis XIII. contextum ex genuinis Gaji Institutionibus repetitum esse, fragmentumque de praescriptionum et interdictorum jure hujus codicis aliquando fuisse partem[9]. Quae cum mox per universam Germaniam vulgarentur, tanta exorta est doctorum virorum de codicibus Veronensibus expectatio, tantumque imprimis codicem XIII. penitius cognoscendi desiderium, ut Academia Scientiarum Regia Borussica viros duos Veronam mittere constitueret, qui, quod incepisset Niebuhrius, quantum fieri posset, perficerent. Idque negotium Celeberrimo Bekkero, philologo primario, Academiae socio, mihique datum est. Itaque mense Majo anni 1817. Berolino profecti sub mensis finem Veronam venimus. Cum tamen ea sit Bibliothecae Capitularis legibus instituta ratio, primum ut codicis alicujus domum auferendi nemini umquam venia detur; deinde ut Bibliothecae scrinia publicis usibus unam tantum singulis diebus horam patere soleant: illud nobis ante omnia curandum erat, ut diutius in Bibliotheca commorandi facultatem nancisceremur. Praeterea eam esse codicis XIII. condicionem statim intelligebamus, ut in eo enucleando, nisi chemi-

[8] Vid. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft. Tom. III. pag. 140—146. 150—158. 165—168.

[9] Vid. Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. p. 172.

cis remediis adhibitis, frustra operam consumpturi essemus. Igitur ut gallae infuso, quod nobis quidem omnium remediorum unum se probavit, uti liceret, a Reverendissimo Capitulo venia petenda erat. Qua re effectum est, ut a medio demum Iunio ex voto nobis procederet suscepti mandati executio, quae, cum aliqua tamen intermissione, ad medium fere Octobrem occupatos nos tenuit. Bekkerus quidem, ut alia eaque gravissima litterata negotia ab Academia Regia sibi commissa expediret, jam exeunte mense Iulio Mediolanum se contulerat; neque tamen solum me reliquerat. Clarissimus enim Hollwegius, Vniversitatis litterariae Berolinensis, ubi jam egregie Professoris partes sustinet, eo tempore alumnus, cum difficultatum, quas haberet codicis XIII. explicatio, fama ad eum perlata esset, litterarum amore ductus, sua sponte operam suam oblaturus ad nòs venerat: cujus industriae atque sollertiae quantum debeam, dicere vix possum. Iam vero ut, quae praestiterimus, breviter demonstrem, primum ea, quae Niebuhrius confecerat, exempla diligenter et recognovimus et supplevimus: deinde ea, quibus juridicum codicis XIII. argumentum comprehenditur, quaeque prorsus incognita erant antea, pleraque omnia transcripsimus; ut, quae inexplicata nobis relinquenda fuerint, vix nonam totius codicis partem efficiant: denique illam, quam supra significavi, Savinii conjecturam verissimam invenimus; cujus rei postea evidentissima afferam documenta. Neque vero, cum prosperum hunc cogito

eventum, temperare mihi possum, quin grata mente nominem Viros Amplissimos atque Generosissimos, Comitem de Goes, Supremum totius Venetae provinciae Praesidem, Liberumque Baronem de Lederer, Veronensi regioni Praefectum, qui summo studio nos adjuverunt. Multum porro amicitiae debemus tum celeberrimi Iosephi Zamboni, physici insignis, tum Illustrissimi Comitis Ignatii Bevilacqua Lazise, litterarum non fautoris modo, sed etiam cultoris. Hic vel postquam Verona abieramus, incepti nostri studiosissimum se praestitit; quippe qui ejus notitiam eleganti libello cum popularibus suis communicaverit [10], et tam fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure, quam loci alicujus ex S. Hieronymi epistolis, qui extat in codice XIII., sua manu exaraverit imaginem nostro usui destinatam, qua singuli quique archetypi ductus accuratissime exprimuntur. Cum autem a Reverendissimi Capituli decretis potissimum penderet suscepti operis eventus, illud nobis omnium maxime exoptatum contigit, quod Reverendissimi Domini Marchionis Dionysii Caroli Dionisi, Sedis Episcopalis Vicarii Generalis, et Reverendissimi Domini Comitis Bartholomaei Guarienti, Bibliothecae Capitularis Antistitis, Virorum omnibus humanitatis dotibus insignium, benivolentiam nobis conciliavimus. Tanta imprimis excellentissimi Comitis Guarienti erga nos fuit comitas, tantaque

10 Vid. supra not. 1.

liberalitas, ut nulla, qua consilia nostra promotum iri sentiebat, molestia gravari videretur.

Bekkerus illis, quae supra tetigi, Academiae Regiae mandatis diutius in Italia detinebatur; mihi vero cum Hollwegio reverso, postquam in Academiae consessu de itinere rettuli, Gaji Institutiones Fragmentumque de Iure Fisci edendi munus injunctum est. Videbat sane Academia, rem ipsam impedimento esse, quominus haec Gaji editio omnibus numeris absolveretur. Perfecta enim editio repetitam requirit codicis XIII. collationem: de cujus fructu ideo potissimum optima spes concipienda est, quia illius infusi, quo ad instaurandos antiquae scripturae ductus codicem imbuimus, effectus temporis diuturnitate mirifice augetur; unde probabile est, multa, quae nobis oculis percipere nondum licuerit, nunc facili negotio legi posse. Vt tamen ex iterata tali codicis lectione plenissima capi possit utilitas, ea, quae parta jam tenemus, probe ante pertractentur necesse est: igitur vulganda erant. Denique si inventi thesauri commodis diutius privarentur antiquae jurisprudentiae cultores, vix ulla esse videbatur excusatio. Sapienter itaque Academia Regia, ut perfectior editio praepararetur, hanc curari jussit. Quam quodammodo duplicem dicere possis, cum, quae nitidiore charta expressa sunt, exemplaria adjunctas habeant tabulas aeri incisas tres: hae praeter illas, quas Comitis Bevilacqua Lazise industriae deberi dixi, Veronensium membranarum imagines, litterarum praecipuarumque

siglarum, quibus Gaji Institutiones scriptae sunt, effigiem, nec non Fragmenti de Iure Fisci bina specimina exhibent

Iam vero et ipsarum membranarum, quae materiam praebuerunt huic editioni, et consilii, quod in adornanda ea secutus sum, ratio diligentius demonstranda est. Ac prius de Gaji Institutionibus exponam; tum ad Fragmentum de Iure Fisci pergam.

Componitur itaque codex XIII. foliis 127, formae quadratae mediae. Inter folium primum et ultimum, quae neque inter se cohaerent, neque cum alio folio ullo, intermedii sunt foliorum fasciculi sedecim, quorum plerique, utpote constantes foliis duplicibus quaternis, quaterniones efficiunt[11]. Praesens codicis contextum, litteris uncialibus a manu satis antiqua

[11] Singulos foliorum fasciculos sequens demonstrat tabula: in qua foliorum inter se cohaerentium numeri interposita curva lineola copulantur.

1) II.‿IX. III.‿VIII. IV.‿VII. V.‿VI. 2) X.‿XVII. XI.‿XVI. XII.‿XV. XIII.‿XIV. 3) XVIII.‿XXV. XIX.‿XXIV. XX.‿XXIII. XXI.‿XXII. 4) XXVI.‿XXXIII. XXVII.‿XXXII. XXVIII.‿XXXI. XXIX.‿XXX. 5) XXXIV.‿XLI. XXXV.‿XL. XXXVI.‿XXXIX. XXXVII.‿XXXVIII. 6) XLII.‿XLIX. XLIII.‿XLVIII. XLIV.‿XLVII. XLV.‿XLVI. 7) L.‿LVII. LI.‿LVI. LII.‿LV. LIII.‿LIV. 8) LVIII.‿LXV. LIX. LX.‿LXIV. LXI. LXII.‿LXIII. 9) LXVI.‿LXXIII. LXVII.‿LXXII. LXVIII.‿LXXI. LXIX.‿LXX. 10) LXXIV.‿LXXXI. LXXV.‿LXXX. LXXVI.‿LXXIX. LXXVII.‿LXXVIII. 11) LXXXII.‿LXXXIX. LXXXIII.‿LXXXVIII. LXXXIV.‿LXXXVII. LXXXV.‿LXXXVI. 12) XC.‿XCV. XCI.‿XCIV. XCII.‿XCIII. XCVI. 13) XCVII.‿CIV. XCVIII.‿CIII. XCIX.‿CII. C.‿CI. 14) CV.‿CXII. CVI.‿CXI. CVII.‿CX. CVIII.‿CIX. 15) CXIII.‿CXX. CXIV.‿CXIX. CXV.‿CXVIII. CXVI.‿CXVII. 16) CXXI.‿CXXVI. CXXII.‿CXXV. CXXIII.‿CXXIV.

exaratum, ex S. Hieronymi scriptis, imprimis ex ipsius epistolis desumptum est [12]. Primo tamen ultimoque folio nec non foliis aversis XXXIX. et XLII. exceptis, cetera ubique antiquiorem praeterea produnt scripturam: quin in majore folii II. ejusque recti parte nulla plane recentior manus conspicitur, sed sola ibi inveniuntur antiquioris scripturae vestigia. Est igitur, ut supra monui, rescriptus codex. In quo illud magnopere dolendum est, eos, qui membranas ad rescribendum praepararint, non eo se continuisse, ut veterem scripturam abluendo delerent, sed in altera fere cujusque folii pagina cultro, ut videtur, litteras erasisse [13]: quod ubi factum est, ad veterem scripturam revocandam vel chemica auxilia saepe frustra adhibeas. Antiqua autem illa scriptura duplicis ge-

12 In Bibliotheca Manuscripta Capitulari, quam not. 5. laudavi, ita describitur: „Membranas Divo Hieronymo sacratas ingredimur, quae Veronensi editioni ansam praebuerunt. Hic quoque liber literis decoratur majoribus, quamvis non affabre depictis: spatium inter dictiones interlucet nullum: Graeca verba graecis pariterque majusculis characteribus effinguntur. — — — — Sex et viginti habentur hic Hieronymi epistolae aliaque insuper admixta. Elenchus eadem manu praeit. *Adfecere, adflaverit, adsertor, adsequor, exsuperantius, quadragensimo* perpetuo scribitur. Tertio loco incipit ejusdem adversus Helvidium. Ipso initio editi *assertione*, Ms. *adsumptione*. In fine editi *maritatas*, Ms. *maritas*; deinde *tua fore*, elegantius. Post *mater* haec adduntur verba in Ms.: *Recognovi Hieronymus Bethleem meum tractatum*; cum aliis fidem omnem elevantibus. In titulo epistolae nunc decimae *ad Paulum senem* Ms. non habet *Concordiae*." etc.

13 (Cujus rei ratio sine dubio haec fuit, quod antiqua scriptura in ea membranarum parte, quae pilosa olim fuerat, sola ablutione aboleri non poterat.)

neris est. Altera, litterarum uncialium, quibus constat, et antiquitate et elegantia insignis, per universum codicem, quoad rescriptus est, extenditur: altera, supra antiquissimam, quam modo dixi, at infra novissimam codicis scripturam collocata, ipsa quoque uncialibus exarata litteris, talibus tamen, quae formae et antiquitate et elegantia minus conspicuae sint, sed ad novissimae scripturae similitudinem accedant, quartam fere implet codicis partem; sexaginta enim paginae[14] integrae, duae[15] ex parte, bis rescriptae sunt. Illud triplicis hujus scripturae commune est, quod eodem diriguntur unius cujusque versus; unde saepissime alter alterum tegit: quin non raro ita in unum incidunt tres diversi versus, ut vanus fere sit labor, quem in vetustissima scriptura extricanda impendas. Quod autem ad res scriptura comprehensas attinet, antiquissima quidem scriptura juridici, media vero similis atque novissima argumenti est; nam ipsa quoque ex S. Hieronymi operibus manavit: velut folio CXIV. recto pars epistolae ad Heliodorum de laude

[14] (Sic; non una et sexaginta, ut in Ed. 1. dixeram: nam folium rectum CXVIII., quod ibi inter folia bis rescripta numeraveram, Bluhmio teste simplici vice rescriptum est. Praeterea in catalogum foliorum triplicem scripturam exhibentium, quam huic Praefationis loco in Ed. 1. subjeceram, alia quaedam menda irrepserant. Iam castigatum propono indicem. Sunt igitur bis rescripta fol. LX. LXII.—LXVIII. LXXI. LXXIII.—LXXX. CXIII.—CXVII. CXIX. CXX. CXXII.—CXXV. item folia recta LXIX. LXXXI. CXXVI. et folium aversum LXXII.)

[15] Folia aversa LXXXI. et CXVIII.

vitae solitariae[16]; foliis rectis LXXXI. et LXV. pars epistolae ad Pammachium et Oceanum de erroribus Origenis[17]; et folio LXXV. initium libri adversus Helvidium continetur. Quod mirum sane videtur; rem tamen ita explicari posse puto: Membranae codice XIII. comprehensae, praeter primum et ultimum folium, antiquitus juridici argumenti volumine continebantur. Procedente vero tempore librarius aliquis, qui transcribendi quaedam S. Hieronymi scripta consilium ceperat, novarum atque integrarum membranarum copia destitutus, vetere illo libro potitus, membranas, quae nunc codicem XIII. efficiunt, ita tractavit, ut eas ad rescribendum idoneas redderet; deinde, nonnullis rescriptis, novum, quod molitus erat, opus imperfectum reliquit. Postea tamen de exarando S. Hieronymi exemplo iterum cogitatum est; adhibitaeque sunt praeter eas, quae ante vacuae relictae erant, codicis plagulas, rescriptae quoque, nunc recentiore, ut olim antiquiore, scriptura deleta: nam quae jam placebat novi libri ratio, ab ea fortasse, quae ante placuerat, differebat; denique prius illud, quod imperfectum manserat, exemplum alia manu scriptum erat. Quibus rebus omnibus primitivam foliorum seriem turbatam esse, ita, ut v. c. ex primo folio factum sit quinquagesimum, ex ultimo vero quadragesimum secundum, nemo erit, qui miretur. Quo etiam pertinet quorundam foliorum inversio: ea enim,

16 Conf. Oper. ed. Io. Martianay. Tom. IV. Part. II. pag. 7.
17 Conf. cit. Oper. ed. Tom. IV. Part. II. pag. 343. 345. 346.

praeterquam quod inversi ejusmodi folii posteriorem paginam in priorem translatam videmus, illud quoque interdum effectum est, ut ex cohaerentibus inter se foliis in praecedentis locum succederet sequens[18].

18 Subjecta tabula eum, qui nunc est, foliorum ordinem cum primitiva paginarum serie componit: ille numeris Romanis, haec Arabicis significatur; quam, ut obiter moneam, numerorum distinctionem per totum hunc librum servavi. Folia inversa asterisco notata sunt.

II. 39. 40. III. 113. 114. IV. 17. 18. V*. 107. 108. VI*. 97. 98. VII. 31. 32. VIII. 123. 124. IX. 41. 42. X. 161. 162. XI. 33. 34. XII. 99. 100. XIII. 115. 116. XIV. 121. 122. XV. 105. 106. XVI. 47. 48. XVII. 167. 168. XVIII. 171. 172. XIX. 95. 96. XX. 149. 150. XXI. 103. 104. XXII. 101. 102. XXIII. 147. 148. XXIV. 109. 110. XXV. 157. 158. XXVI. 165. 166. XXVII*. 3. 4. XXVIII. 61. 62. XXIX. 21. 22. XXX. 27. 28. XXXI. 51. 52. XXXII*. 13. 14. XXXIII. 163. 164. XXXIV. 177. 178. XXXV. 65. 66. XXXVI. 173. 174. XXXVII. 83. 84. XXXVIII. 89. 90. XXXIX. 187. 188. XL. 79. 80. XLI. 183. 184. XLII. 251. 252. XLIII*. 175. 176. XLIV. 207. 208. XLV*. 179. 180. XLVI*. 181. 182. XLVII. 213. 214. XLVIII*. 185. 186. XLIX. 237. 238. L. 1. 2. LI. 203. 204. LII. 189. 190. LIII. 9. 10. LIV. 7. 8. LV. 201. 202. LVI. 217. 218. LVII. 15. 16. LVIII*. 29. 30. LIX*. 93. 94. LX. 153. 154. LXI*. 139. 140. LXII. 57. 58. LXIII. 55. 56. LXIV. 143. 144. LXV*. 19. 20. LXVI. 205. 206. LXVII. 43. 44. LXVIII. 211. 212. LXIX. 81. 82. LXX. 91. 92. LXXI. 209. 210. LXXII. 37. 38. LXXIII. 215. 216. LXXIV. 245. 246. LXXV. 5. 6. LXXVI. 127. 128. LXXVII*. 199. 200. LXXVIII*. 191. 192. LXXIX. 137. 138. LXXX. 11. 12. LXXXI. 243. 244. LXXXII. 231. 232. LXXXIII. 227. 228. LXXXIV. 49. 50. LXXXV. 69. 70. LXXXVI. 75. 76. LXXXVII. 63. 64. LXXXVIII. 225. 226. LXXXIX. 221. 222. XC. 73. 74. XCI. 141. 142. XCII. 239. 240. XCIII. 249. 250. XCIV. 155. 156. XCV. 71. 72. XCVI*. 195. 196. XCVII. 145. 146. XCVIII. 119. 120. XCIX. 77. 78. C. 111. 112. CI. 125. 126. CII. 67. 68. CIII. 117. 118. CIV. 151. 152. CV. 223. 224. CVI. 129. 130. CVII. 193. 194. CVIII. 25. 26. CIX. 23. 24. CX. 197. 198. CXI. 135. 136. CXII. 229. 230. CXIII. 247. 248. CXIV. 45. 46. CXV. 159. 160. CXVI*. 59. 60. CXVII*. 53. 54. CXVIII. 169. 170. CXIX. 35. 36. CXX. 241. 242. CXXI. 131.

Primitivi operis titulus in codice XIII. non reperitur: quin singulorum quoque librorum inscriptiones desiderantur, quamquam opus in libros divisum esse constat. In ipso enim opere talia occurrunt: *sequenti commentario referemus, superiore commentario tradidimus, primo commentario rettulimus.* Praeterea folia CXVII. (pag. 53. 54.) XXXIX. (pag. 187. 188.) et XLII. (pag. 251. 252.) ita comparata sunt, ut in unoquoque commentarii alicujus exitum contineri evidenter appareat; quinimo in folio XXXIX. recto (pag. 187.) haec leguntur: *l̄ib ııı explic* (liber tertius explicit.). Vlteriorem etiam librorum in suos cuiusque titulos partitionem rubricae indicant sparsim appositae, quae plerumque numeros adjunctos habent. Illud tamen longe frequentissimum est, quod, ubi nova incipit materia, vacua linea praecedit: quales quidem lineas eo consilio vacuas reliquisse videtur librarius, ut eas, opere aliquando cetera absoluto, rubricis diligentiore manu exarandis impleret. Proximus vero quisque post rubricam aliquam, sive jam insertam, sive adhuc inserendam, versus prominente in marginem initiali littera insignitur; quod tamen horum versuum non ita proprium est, quin etiam in aliis quibusdam observatum sit. Quidam denique articuli intervallis separantur, quae ejusdem versus finibus circumscribuntur. In totius autem alicujus articuli exitu unum, aliquando duo puncta posita in-

132. CXXII. 233. 234. CXXIII. 87. 88. CXXIV. 85. 86. CXXV. 219. 220. CXXVI. 133. 134.

veniuntur: praeter hoc nullo omnino interpungendi genere usus est librarius; qui ne singula quidem verba intervallis distinxit, sed, ex antiquissimorum librariorum more, omnia uno tenore perscripsit. Litterarum quoque in versuum exitu ex syllabarum ratione recte dispescendarum ita non fuit sollicitus, ut non uno loco in binos versus distribuerit unius ejusdemque syllabae litteras[19]. Singulae autem paginae versibus circino, ut videtur, ordinatis constant vicenis quaternis, praeter folium rectum XVII. (pag. 167.), in quo non nisi viginti tres apparent versus, nec non folia recta CXVII. (pag. 54.) XXXIX. (pag. 187.) et XLII. (pag. 251.): haec enim cum singulorum, ad quos pertinent, librorum extremas exhibeant paginas, eo effectum est, ut ex dimidia fere parte vacua remanserint. Non aeque perpetuus est litterarum unius versus numerus: sunt versus, qui paucas ultra triginta, sunt, qui ad quadraginta quinque litteras complectantur; medius tamen numerus est litterarum triginta novem. Iam quod ad litterarum magnitudinem attinet, admonendum est, primam quamque cujusque paginae litteram, licet in medio aliquo verbo collocatam, nec non unius cujusque articuli initialem litteram reliquis esse majorem. Vltimae contra versuum litterae ceteris plerumque sunt minores. Rubricae

19 Velut in averso folio XI. (pag. 34.) inter versus 16. et 17. ita partitum est verbum *iuris*, ut in versu 16. sola posita sit littera *i*. Similis est haec verbi *ancilla* divisio: *anc-illa*, quam versibus 19. et 20. exhibet folium aversum CXIV. (pag. 46.)

autem modo solitae magnitudinis litteris, modo grandioribus, modo minoribus scriptae deprehenduntur[20]. Denique litterarum forma ei similis est, quae tum in Mediolanensi Frontonis, tum in Florentino Digestorum codice conspicitur; ita tamen, ut nostri codicis scriptura Florentinam venustate praestare videatur. Magna praeterea Veronensis et Florentini codicis differentia haec est, quod in illo frequentissimus, in hoc rarissimus est siglarum usus.

Haec de codice XIII. Fragmentum autem de praescriptionum et interdictorum jure membrana continetur ejusdem plane, quae in illo codice observatur, formae atque figurae; idem porro versuum unius paginae numerus; idem scripturae genus. Quae sola sufficere possint, ut quis Savinii de hoc fragmento conjecturam probabilem arbitretur. Sed jam non opus, ut conjectura utamur: certa res est atque expedita. Nam extrema fragmenti verba, quibus de interdicto Quorum bonorum agitur, haec sunt: „eiusque uis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore". Ad eandem autem materiam pertinet codicis XIII. folium XLIX. (pag. 237.), in cujus principio leguntur haec: „possideret, id ei, cui bonorum possessio data est, restituatur. pro herede autem possi-

[20] Velut rubricae, quam folii XC. recti (pag. 73.) versus 7. exhibet, litterae a ceteris nihil differunt. At in folii C. aversi (pag. 112.) versu 2. grandioribus litteris usus est librarius. Qui tamen rubricas, quas in folio XXVII. (pag. 3. 4.) posuit, minutissimis litteris expressit.

dere uidetur" etc. Vnde evidenter apparet, fragmentum de praescriptionum et interdictorum jure iis membranis, quae codice XIII. continentur, olim ita junctum fuisse, ut praecederet folium XLIX.

Sed jam in medium proferenda sunt argumenta, quibus evincatur, his, quas modo descripsi, membranis genuinas Gaji Institutiones contineri. Quo loco primum commemorandus est membranarum harum et Iustinianearum Institutionum, quas ex Gaji potissimum Institutionibus haustas esse scimus, consensus insignis quidem, neque tamen tantus, ut in ipsarum Iustinianearum Institutionum exemplum nos incidisse putandum sit: imo membranae antiqui juris praeceptis, a Iustinianeo jure alienis, eamque ob causam in Iustiniani Institutionibus omissis refertissimae sunt. Alterum prolatae sententiae praesidium epitome praebet, in quam Gaji Institutiones a Breviarii Alariciani concinnatoribus coactae sunt: quam qui cum codice XIII. contulerit, fontem se repperisse, e quo illa manaverit, non dubitabit. Tertium vero idque omnium longe gravissimum argumentum eorum locorum, quos ex ipsis genuinis Gaji Institutionibus in Digestis et Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione, nec non apud Boethium et Priscianum reliquos habemus, cum codice XIII. comparatione absolvitur. Nam omnes fere hos locos etiam in codice XIII. extare deprehendimus. Quod ut apertius cognoscatur, singuli loci recensendi sunt.

I. Loci ex primo libro.

A. Mancipationis descriptionem, quam Commentariorum in Topica Ciceronis Lib. III. servavit Boethius, exhibet codicis fol. VII. rect. (pag. 31.)

B. Eodem codicis loco comprehenduntur verba haec: „qui libram aeneam teneat" etc., quae a Prisciano in fine Lib. VI. allegantur. Sed et altera illa apud Priscianum verba: „adhibitis non minus" etc. codex exhibet. Vid. fol. LVIII. avers. (pag. 29.)

C. Denique in codice reperiuntur Digestorum loci hi:

L. 9. de justitia et jure. Vid. cod. fol. L. rect. (pag. 1.)

L. 1. de statu hominum. Vid. cod. folia aversa L. et XXVII. (pag. 2. 3.)

L. 3. eod. Vid. cod. fol. XXVII. avers. (pag. 3.)

L. 6. eod. Vid. cod. fol. cit.

L. 1. de his, qui sui, vel alieni juris sunt. Vid. cod. fol. XXXII. (pag. 13. 14.)

L. 3. eod. Vid. cod. fol. XXXII. rect. (pag. 14.)

L. 2. de adoptionibus. Vid. cod. fol. CVIII. avers. et fol. XXX. rect. (pag. 26. 27.)

L. 7. de legitimis tutoribus. Vid. cod. fol. IX. avers. et fol. LXVII. rect. (pag. 42. 43.)

II. Loci ex secundo libro.

A. Articulus de in jure cessione, qui apud Boethium loc. cit. legitur, extat in codicis fol. CXVI. avers. (pag. 59.)

B. Continentur praeterea codice:

L. 37. de usurpationibus. Vid. cod. fol. XXXV. avers. (pag. 66.)

L. 10. de acquirendo rerum dominio. Vid. cod. fol. XC. avers. et fol. LXXXVI. (pag. 74—76.)

L. 4. qui testamenta facere possunt. Vid. cod. fol. LXIX. avers. (pag. 82.)

III. Loci ex tertio libro.

A. Capitis de legitimis successionibus, quod extat in Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione, Tit. XVI., §. 2., partem posteriorem eamque majorem exhibent codicis fol. LXXVI. et CVI. (pag. 127—130.)

B. L. 2. de obligationibus et actionibus in codice fol. XXXIII. (pag. 163. 164.) legitur.

Reliqui loci, quos in hoc indice ex industria praetermisi, quia de iis singularia quaedam admonenda habeo, sunt hi:

I. ex primo libro L. 28. de adoptionibus. Hunc locum codicis fol. CXIX. avers. (pag. 36.) contineri, eorum, quae praecedunt, quaeque sequuntur, ratione perpensa, pro certo affirmare ausim: in extricandis tamen hujus folii ductibus operam perdidimus.

II. ex secundo libro

A. L. 1. de divisione rerum. Hujus loci vestigia reperiuntur in codicis fol. LXIII. et fol. LXII. rect. (pag. 55—57.): integrum legeremus, nisi pessima esset praesens horum foliorum condicio.

B. L. 13. de injusto, rupto, irrito facto testamento. Huc trahendum est codicis fol. CXXIII. (pag. 87. 88.) nunc ita sane comparatum, ut, quae in eo

scripta fuerint, magnam partem legi non possint: quod olim tamen locum nostrum exhibuisse, ex rerum nexu intelligitur, singulisque quibusdam litteris, quas in primo aversi folii versu agnoscere licuit, comprobatur.

III. ex tertio libro ejus articuli, quem in Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione extare dixi, pars prior eaque minor. Hanc a codice abesse constat; unde eam in deperdito aliquo folio collocatam fuisse necesse est.

Quae cum ita sint, nulla relinquitur dubitatio, quin membranae nostrae genuinas Gaji Institutiones offerant; neque tamen illas integras, ut ex eo, quod proxime monui, apparet. Vnde nunc diligenter inquirendum est, quanta primitivi codicis pars deperdita habenda sit.

In quo illud ante omnia considerandum erit, num initium operis habeamus et finem. Primum autem earum, quae nunc sunt, plagularum locum olim obtinuit folium L. rectum. In hujus principio, praemisso numero I., rubrica posita est, quam ita interpretor: De iure gentium et ciuili. Vnde, licet rubricas, quae in codice XIII. inveniuntur, a Gajo ipso profectas esse valde dubitem, illud tamen colligo, librarium in eo exemplo, quod transcribendum sibi sumpserat, nihil quicquam repperisse, quod anterioris alicujus rubricae ansam dare posset. Itaque titulum quidem desiderari, ipsius tamen operis principium folio L. comprehendi mihi persuadeo. Nam si quis forte inde petat dubitandi causam, quod in Iustiniani Institutionibus titulo

de jure gentium et civili praemittitur titulus de justitia et jure, hoc habeo, quod reponam: in primo hoc titulo non Gajum, sed Vlpianum secutos esse Iustinianearum Institutionum auctores [21]. Quod autem ad finem operis attinet, omnium, quae codex XIII. complectitur, foliorum ultimum olim fuit folium XLII.: idque ita comparatum est, ut in sola superiore prioris paginae parte scriptura aliqua appareat; nam quae in inferiore parte pinxit librarius, non litterae sunt, sed id ductuum genus, quod librarii in extremo aliquo opere ponere solent. Accedit, quod materia quoque indicat, iis, quae in hoc folio scripta sunt, opus absolvi. Vnde non principium modo, sed etiam finem operis codici XIII. inesse certum habeo. Nunc autem nova quaestio oritur haec, quantum eorum, quae intermedia olim fuerint, reliquum esse dicendum sit. Quam, accurate perpensis tum argumentorum et verborum nexu, tum plagularum inter se cohaerentia, tum numerorum in quibusdam foliis conspicuorum, primitivos quaterniones indicantium, ratione, Hollwegius ut ingeniosissima, ita verissima sententia expedivit. Primitivum enim codicem aeque atque eum, qui nunc est, sedecim geminorum foliorum fasciculis compositum fuisse statuit; ita tamen, ut quindecim priores quaterniones essent, ultimus vero comprehenderet gemina folia quinque. Postero autem tempore, cum codex male haberi coepisset, gemina quaedam folia altera

[21] Conf. pr. et §.§. 1. 3. 4. I. de justitia et jure cum L. 10. et L. 1. §. 2. eod.

sua parte truncata sunt: unde evenit, ut jam sexti nec non noni quaternionis primum, decimi tertii autem quartum folium desideretur. Abest praeterea decimi sexti fasciculi folium decimum, quod tamen non est cur doleamus: cum enim in praecedente folio, nunc XLII, opus absolutum esse appareat, deperditum illud folium a scriptura vacuum fuisse recte colligitur. Itaque ad integrum Gaji Institutionum codicem non ultra tria folia desiderari dicendum est. Quae omnia subjecta illustrabit fasciculorum tabula; de qua tamen praemonenda habeo haec: cruce (†) eos notari plagularum fasciculos, quorum numerum in primo cujusque folio adhuc extare animadvertimus; cohaerentia inter se folia hac lineola ⁓, deperdita signo 0 indicari; numeri Romani ad eum foliorum ordinem, qui nunc est, Arabici ad primitivam paginarum, quae supersunt, seriem referendi sunt. (Conf. not. 11. et 18.)

1.	L.	⁓	LVII.	2.	IV.	⁓	VII.
	1. 2.		15. 16.		17. 18.		31. 32.
	XXVII.	⁓	XXXII.		LXV.	⁓	LVIII.
	3. 4.		13. 14.		19. 20.		29. 30.
	LXXV.	⁓	LXXX.		XXIX.	⁓	XXX.
	5. 6.		11. 12.		21. 22.		27. 28.
	LIV.	⁓	LIII.		CIX.	⁓	CVIII.
	7. 8.		9. 10.		23. 24.		25. 26.

3.	XI.	⁓	XVI.	†4.	LXXXIV.	⁓	LXXXVII.
	33. 34.		47. 48.		49. 50.		63. 64.
	CXIX.	⁓	CXIV.		XXXI.	⁓	XXVIII.
	35. 36.		45. 46.		51. 52.		61. 62.
	LXXII.	⁓	LXVII.		CXVII.	⁓	CXVI.
	37. 38.		43. 44.		53. 54.		59. 60.
	II.	⁓	IX.		LXIII.	⁓	LXII.
	39. 40.		41. 42.		55. 56.		57. 58.

†5.	XXXV.	~	XL.	6.	0		LIX.
	65. 66.		79. 80.				93. 94.
	CII.	~	XCIX.		LXIX.	~	LXX.
	67. 68.		77. 78.		81. 82.		91. 92.
	LXXXV.	~	LXXXVI.		XXXVII.	~	XXXVIII.
	69. 70.		75. 76.		83. 84.		89. 90.
	XCV.	~	XC.		CXXIV.	~	CXXIII.
	71. 72.		73. 74.		85. 86.		87. 88.
†7.	XIX.	~	XXIV.	†8.	C.	~	CI.
	95. 96.		109. 110.		111. 112.		125. 126.
	VI.	~	V.		III.	~	VIII.
	97. 98.		107. 108.		113. 114.		123. 124.
	XII.	~	XV.		XIII.	~	XIV.
	99. 100.		105. 106.		115. 116.		121. 122.
	XXII.	~	XXI.		CIII.	~	XCVIII.
	101. 102.		103. 104.		117. 118.		119. 120.
9.	0		LXI.	10.	XCI.	~	XCIV.
			139. 140.		141. 142.		155. 156.
	LXXVI.	~	LXXIX.		LXIV.	~	LX.
	127. 128.		137. 138.		143. 144.		153. 154.
	CVI.	~	CXI.		XCVII.	~	CIV.
	129. 130.		135. 136.		145. 146.		151. 152.
	CXXI.	~	CXXVI.		XXIII.	~	XX.
	131. 132.		133. 134.		147. 148.		149. 150.
11.	XXV.	~	XVIII.	12.	XXXVI.	~	XXXIX.
	157. 158.		171. 172.		173. 174.		187. 188.
	CXV.	~	CXVIII.		XLIII.	~	XLVIII.
	159. 160.		169. 170.		175. 176.		185. 186.
	X.	~	XVII.		XXXIV.	~	XLI.
	161. 162.		167. 168.		177. 178.		183. 184.
	XXXIII.	~	XXVI.		XLV.	~	XLVI.
	163. 164.		165. 166.		179. 180.		181. 182.
13.	LII.	~	LV.	14.	LI.	~	LVI.
	189. 190.		201. 202.		203. 204.		217. 218.
	LXXVIII	~	LXXVII.		LXVI.	~	LXXIII.
	191. 192.		199. 200.		205. 206.		215. 216.
	CVII.	~	CX.		XLIV.	~	XLVII.
	193. 194.		197. 198.		207. 208.		213. 214.
	0		XCVI.		LXXI.	~	LXVIII.
			195. 196.		209. 210.		211. 212.

15. CXXV.	⁓	CXXII.	†16. Fragm. de praescr. et interd.[22]		0
219. 220.		233. 234.	235. 236.		
LXXXIX.	⁓	LXXXII.	XLIX.	⁓	XLII.
221. 222.		231. 232.	237. 238.		251. 252.
CV.	⁓	CXII.	XCII.	⁓	XCIII.
223. 224.		229. 230.	239. 240.		249. 250.
LXXXVIII.	⁓	LXXXIII.	CXX.	⁓	CXIII.
225. 226.		227. 228.	241. 242.		247. 248.
			LXXXI.	⁓	LXXIV.
			243. 244.		245. 246.

Restat, ut de aetate primitivi codicis verbo dicam. Niebuhrius jam significaverat, se Iustiniani temporibus eum antiquiorem arbitrari. Quod cum a quibusdam in dubium vocari viderem, a Celeberrimo Koppio, qui nostro aevo inter rei diplomaticae peritos principem locum occupat, quae sua hac de re sententia esset, percontatus sum. Atque is Niebuhrio assensus est, motus primum litterarum forma et siglarum indole atque frequentia: deinde eo, quod, ut supra monui, initialis cujusque paginae littera, licet in medio aliquo verbo collocata, reliquis major esse deprehenditur: denique ipso codicis contexto; nam etiam post latas Iustinianeas leges quemquam de novo Gaji Institutionum exemplo comparando cogitasse, minus probabile judicat. Quae omnia cum diligentius peculiari commentario persecutus sit ipse doctissimus Koppius[23], rem hoc loco summo digito tetigisse sufficiat.

[22] Conf. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft. Tom. III. pag. 181. (Bevilacqua Lazise) Notizia d'alcuni Frammenti. pag. 11. Ibi huic folio tribuitur numerus *xIII*; accuratior tamen inspectio numerum talem esse docuit *xvi*

[23] Vid. Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss. Tom. IV. p. 473. sq.

Dixi de ipso Gaji codice. Editionis autem propositum in universum hoc fuit, ut liber non tantum doctorum virorum expectationi satisfaceret iisque instrueretur subsidiis, quae critica ratio postulare videretur, sed adolescentium quoque studiosorum et scholarum usui accommodaretur. Vt tamen singula quaeque accuratius exponam, partitionum, quas adhibui, imprimis quod universum opus in quattuor libros sive commentarios, sic enim ipse Gajus loquitur, disposui, ante omnia ratio reddenda est. Itaque illius commentarii, quem pag. 113. vers. 6. 7. pag. 129. vers. 24. et pag. 130. vers. 1. *primum* vocat Gajus, ultimam paginam esse quinquagesimam quartam, tum ex eo, quod a scriptura vacat posterior ejus pars, tum vero inde apparet, quod in ea absolvitur tractatus de personis. Nam in pagina 55. de rebus disputat Gajus, hujusque paginae exordium illius, quod Alaricianae epitomes liber secundus exhibet, simillimum est: unde hanc paginam earum, quae secundum commentarium efficiunt, primam esse constat. Hujus autem commentarii, qui pag. 135. vers. 1. *superior* dicitur, finem continet pag. 126., qua locus de legatis et fideicommissis absolvitur. Quae enim sequuntur, ad tractatum de hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, pertinent, quem a Gajo in tertio commentario collocatum fuisse testis est Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio. Hactenus igitur eadem in Gaji Institutionibus apparet librorum dispositio, quam in Iustinianeis Institutionibus deprehendimus. At extremum tertii

commentarii caput non est, ut in Iustinianeis Institutionibus, de modis tollendae obligationis, sed de injuriis; ita ut tota illa disputatio de obligationibus ex delicto, quam Iustinianearum Institutionum concinnatores in quarti libri principio posuerunt, apud Gajum tertii commentarii finibus comprehendatur: cujus rei fidem facit pagina 187., ubi post absolutum articulum de injuriis haec adjecit librarius: *līb ııı explic* (Conf. supra pag. XXII.). Claudit igitur tertium commentarium pagina 187. Sequens autem pagina vacua est. Ergo a pagina 189. quartus commentarius incipiat, necesse est: in quo de eo jure agitur, quod ad actiones pertinet; quemque pag. 176. vers. 1. *sequentis* vocabulo Gajus demonstrat. Tantum de libris. Sed singulorum quoque articulorum distinctiones, quae in codice inveniuntur, rubricas puta et quae sunt id genus alia, suis quaeque locis significavi: in quo illud admonendum est, prominentes codicis versus in interiore margine repetitis litteris initialibus, vacua autem spatiola, quibus aliquando inter se separari dixi unius ejusdemque versus articulos, in annotationibus me indicasse. Quae tamen distinctiones nulla solida ratione niti videntur. Velut pag. 3. vers. 16., ubi obiter peregrinos dediticios tangit Gajus, peculiaris praemittitur rubrica: „De peregrinis dediticiis." In universum autem in primis paginis ultra modum cumulatas cernimus rubricas; cum in aliis operis partibus, ubi vel maxime necessaria erat articulorum distinctio, nulla omnino reperiatur adhibita. Cujus

rei exempla habes pag. 151. vers. 6., ubi de obligationibus re contractis, pag. 151. vers. 24., ubi de verborum obligationibus, pag. 163. vers. 21., ubi de obligationibus, quae consensu fiunt, et pag. 172. vers. 14., ubi de modis tollendae obligationis incipit disputatio. Itaque, quod jam supra significavi, vereor, ut rubricae, quas in codice deprehendimus, Gajo ipsi tribuendae sint. Vt autem insigne aliquod perversae distinctionis exemplum afferam: in singulari illo folio de praescriptionibus et interdictis paginae prioris (235.) versum 6. claudit vox *subiectae* in media lineae parte posita; at a verbo *sunt*, quod cum voce *subiectae* conjungi debet, novus versus incipit, in marginem prominente littera *s*, quae prae reliquis magnitudine quoque conspicua est. Omnes igitur istas distinctiones accurate quidem indicandas, novae tamen partitioni, quae sibi magis constaret, atque faciliorem ad intelligendum redderet argumentorum inter se nexum, postponendas duxi. Cum autem nova titulorum descriptio magnam haberet et difficultatem et dubitationem, in eo substiti, primum ut argumentorum summas in suprema paginarum parte adscriberem[24]; deinde ut singulos commentarios suis distinguerem paragraphis, hasque si similis essent argumenti, continua, sin diversi, interrupta serie exhiberem[25]. Quo pacto etiam

[24] In his inscriptionibus, ne qua forte ex minus usitato scripturae compendio oriretur dubitatio, singulos commentarios non hoc compendio: *Comm.*, sed solito illo: *Lib.* significavi.

[25] In iis locis, qui lacunis laborant, hanc regulam observandam duxi, ut novae paragraphi signum posteriore, quam priore loco

allegandi commoditatem adjuvari arbitror. Si cui vero in allegandis Gaji Institutionibus minus conveniat, editi libri laudare paragraphos, cupiatque ipsius codicis significare paginas versusque, hujus quoque rei habebit potestatem. Exterior enim libri margo Arabicis numeris primitivam paginarum, quae adhuc extant, seriem, Romanis eum, qui nunc est, foliorum ordinem indicat, additaque ad numeros Romanos nunc littera *a*, nunc littera *b*, quae sit recta quaeque aversa cujusque folii pars demonstrat[26]. Singularum porro paginarum versus in ipso contexto perpendiculatis lineolis separantur, numero praeterea ad quartum quemque versum in interiore margine apposito: paginae autem cujusque principium binis perpendiculatis lineolis praemissis insignitur.

Sequitur, ut de grammatica ratione dicam. In quo genere me per omnia fere ad codicis exemplum conformavi[27]; nisi quod in scribendis quibusdam ver-

ponerem; quo effectum est, ut quaedam paragraphi a media aliqua periodo incipiant. Conf. v. c. Commentarii I. §.§. 33. 34. Majorum autem lacunarum quaedam ita comparatae sunt, ut iis novi alicujus articuli principium, cujus proprius locus definiri nequeat, comprehendi manifestum sit. In his locis ab ipso lacunae initio novum versum inchoavi, nullo tamen, praeterquam post paginam 194., a margine spatio interjecto. Conf. pag. 5. 53. 57. 81. 92. 246. et ad pag. 194. not. ult.

26 Folia bis rescripta adjectis praeterea litteris *b.r.* a reliquis discernuntur.

27 Velut verbi *veneo* et passivam et activam formam, quae utraque in codice reperitur, servavi. — De voce *proinde* in transcursu moneo, librarium ea saepissime pro *per*inde usum esse: cujus usus multa quidem exempla apud veteres auctores extant; ubi tamen

bis a codice recedendum putavi. Cujus quidem instituti causas diligentius exponere longum est, neque, quantum video, necessarium: singula quaeque, in quibus codicis scripturam vel retinui, vel deserui, indicasse sufficiet.[27a] Itaque ad codicis fidem scripsi: praegn*as* et praegn*ans*, utramque enim formam librarius exhibuit, quem in aliis quoque vocabulis varium fuisse, ex sequentibus apparebit; *co*tt*i*dianus; con*dicio*; conui*cium*; cessi*cius*, dediti*cius*, gentili*cius*, transcripti*cius*; re*dd*ucere; *e*is et *ii*s; c*e*na[28]; *e*rciscere et *h*erciscere; pr*ehen*dere et pr*en*dere; d*i*minutus, d*i*minutio et d*e*minuere, d*e*minutus, d*e*minutio[29]; colon*i*arius; ciuitat*ium*, parent*ium* et parent*um*; que-

dubia fuit codicis lectio, quod internosci non posset, utrum *pinde* (proinde), an *pinde* (perinde) scripsisset librarius, constanter posui *per*inde. (Ab hac regula in Ed. I. uno loco, Commentar. III. §. 14., deflexeram; nunc vero ibi quoque scripsi *per*inde.)

[[27a] Linguae Latinae emendatoribus grammaticis prudentior Göschenius non tam quid veteres dicere aut scribere oporteret quam quid et dixissent et scripsissent quaesivit; in hoc uno peccans, quod oris aut calami inconstantiae vix quicquam concedendum putavit. Mihi cum veterum librariorum consuetudinem quam Gaii de singulis judicium cognoscere utilius videretur, ea quae Göschenius constantiae studio rejecerat pleraque omnia restitui: cetera, quae aut falsa aut nimis rustica essent, quaeve minus peritos morari possent, curavi ut singula vel in hac praefatione vel in commentariis indicarentur.]

[28] Pag. 179. vers. 10. 11. *cen|dam* exhibet, pro *cen|am*.

[29] Posteriorem scripturam praetuli, quoties haec verba a librario sigla *d* expressa esse intelligerem; exceptis tamen pag. 47. vers. 3. et pag. 168. vers. 21., ubi propter verborum diminutus et diminutione in codice cum littera *i* scriptorum vicinitatem, siglas *k d* et *k̄. d* ita explicavi: capite diminuto; capitis diminutio.

re*ll*a[29a]; nu*mm*us; quicu*m*que; tantu*m*dem; u*m*quam, nu*m*quam; qua*n*dam, quaru*n*dam[30]; a*n*ulus; co*n*ubium; n*anc*tus et n*ac*tus; quotie*ns*, totie*ns*; u*o*lgo et u*u*lgo; ex*se*qui et ex*e*qui; e*xt*are, e*xt*inguere; cap*i*o et cap*ti*o; coa*rt*are; nun*t*iare, denun*t*iare, pronun*t*iare, renun*t*iare, denun*t*iatio, internun*t*ius; re*tt*uli; apu*t* et apu*d*; se*d* et se*t*[31]; -*u*mus, -*u*me et -*i*mus, -*i*me in superlativorum terminationibus;[32] o*ps*titit; o*p*tinere, o*p*tuli; su*m*mouere; su*p*ponere; su*b*ripere et su*r*ripere; a*c*cedere, a*c*cessio, a*c*cidere, a*c*cipere, a*c*ceptilatio, a*c*commodare, a*d*crescere et a*c*crescere; a*d*fectus et a*f*fectus, a*d*ferre, a*d*finitas, a*d*firmare; a*d*quirere; a*d*rogare, a*d*rogatio; a*d*sectari, a*d*sequi, a*d*sertor, a*d*simulare; a*t*tinere; i*n*merito, i*n*miscere; i*n*pedimentum et i*m*pedimentum, i*n*pedire, i*n*pendere et i*m*pendere, i*n*pensa et i*m*pensa, i*n*peritia, i*n*plere et i*m*plere, i*n*ponere et i*m*ponere, i*n*possibilis, i*n*primis, i*n*probare, i*n*pubes et i*m*pubes, i*n*pune; i*n*ritum, i*n*rogare. E contrario constanter scripsi: qui*d*quid[33];

[29a Sic semper veteres, quere*ll*a loque*ll*a nite*ll*a. Diversam regulam sequuntur tute*l*a mandate*l*a, custode*l*a, cande*l*a. Grammatici rationem nequiquam crepant.]

30 Verbum du*m*taxat sive du*n*taxat integris litteris scriptum in codice non invenitur, sed ubique significatur sigla *dt*., pro qua posui du*n*taxat. (Bluhmius pag. 203. vers. 3. repperit *dumtaxant*; similisque scripturae vestigia deprehendere sibi visus et pag. 205. vers. 12. Vid. Comment. IV. §. 43. not. 17. et §. 51. not. 11.) [*eor'dem* 213, 18.]

31 In codice frequentiora sunt apu*t* et se*d*: hanc itaque scripturam in siglis interpretandis secutus sum.

32 (Adde: d*u*pondius et d*i*pondius. Vid. Commentar. I. §. 122.)

33 (et qui*d*quam). [Ita codex p. 114, 19, *quidq*]

intell*e*gere; epist*u*la; li*tt*erae et obli*tt*eratus; ta*m*quam; ex*t*iti (ab *existo*); i*m*perium; auctor, auc*t*oritas: licet in codice diversae scripturae exempla extent haec: pag. 118. vers. 10. qui*c*quid[34]; pag. 3. vers. 22. intell*i*gemus; pag. 161. vers. 2. epist*o*la[35]; pag. 28. vers. 16. obli*t*eratum; pag. 27. vers. 28. ta*n*quam[36]; pag. 175. vers. 1. ex*st*iterit[36a]; pag. 26. vers. 10. i*n*perio[37]; quo etiam illud trahendum est, quod librarius pag. 51. vers. 1. et 20. sigla *aut* (non au*c*t) expressit verba *auctoritatem* et *auctorem*. Simili ratione ubique posui: fid*ei*commissum; fid*e*iussor, fid*e*promissor; *h*abeo, *h*ac, *h*aec, *h*is, *h*eres, ex*h*eredatus, *h*omicida, *h*onoratus, sc*h*ola, Stic*h*us, *th*eatrum; *a*ditus, *a*uctoritas, [*e*cce,] *e*sto, *i*s, *ii*, *ii*s, *i*isdem, ex*i*tus; mi*le*[37a]; so*ll*emnis; qua*tt*uor; quamquam ista verba in codice aliquoties ita scripta sunt: fid*e*commissum;

[34] (Item pag. 96. vers. 13. et pag. 112. vers. 4. librarius per compendia scripsit quicquam.) [Item p. 241, 5 *quicquam*, et fortasse saepius. Ego singulis locis scripturam schedarum expressi: sed qui curiose scripserunt librarii, semper fecerunt *quidquid* et *quicquam*.]

[35] Neque tamen pro certo affirmare ausim, librarium locis allegatis scripsisse: quicquid, intell*i*gemus, epistola; quamquam schedae nostrae, quo nomine exemplum, quod e codice transcripsimus, significo, istas scripturas exhibent: nam delendo atque superscribendo fieri potuit, ut litterae *d*, *e*, *u* mutarentur in speciem litterarum *c*, *i*, *o*. (Bluhmius in codice sic scriptum esse testatur: pag. 3. vers. 22. intellegemus; pag. 161. vers. 2. epistula. Itaque librarius in hisce vocibus scribendis sibi constitisse dicendus est.)

[36] Schedae: *tanqua* (Bluhmius: *anqua'*)

[[36a] Error Göschenii. Schedae habent *extiterit*]

[37] Schedae: *inperi*.

[[37a] Errat Gösch. Codex habet *mille millenos milia milium milibus miliarium*, semel *millium* p. 112, 14.]

fide*i*iussor, fide*i*promissor; *a*beo [170,20. 173,2], *ac* [187,2. 213,18], *aec* [222,15], *is* [138,14. 143,23; *iis* 50,1. 233,17], *e*res [62,22. 122,9; *e*red. 93,24], ex*e*redatus [142,17; ex*er*. 145,23], *o*micida [179,1], *o*noratus [139,19], s*c*ola, sti*cu*s, *t*eatrum [4,21]; *had*itus [95, 22], *h*auctoritas [67, 20], [*hu*ecce 51, 19,] *h*esto [101,19], *h*is, *h*ii, *h*iis, *h*isdem[38], ex*hi*tus [241, 17]; mi*ll*e[37a]; so*l*emnis[38a]; qua*t*uor[38b]. De iis autem verbis, quae componuntur cum praepositione *ad*, praeter ea, quae supra significavi, annotanda sunt haec: Pag. 70. vers. 16. 17. 21. a*ll*uuionem scripsi, licet vers. 21. in codice scriptum sit a*d*luuionem. Neque eo, quod in codice aliquoties occurrunt a*dg*natus et a*dg*natio, quodque a*d*prehendere et a*d*probare, item semel a*d*pellare (pag. 158. vers. 17.) et a*d*parere (pag. 145. vers. 21. [item 69, 13]) scripsit librarius, motus sum, ut a solita codicis scriptura recederem: quam secutus constanter scripsi a*g*natus et a*g*natio, item a*pp*. pro a*dp*. Similiter in verbis cum voce *con* compositis illud magis observasse videtur librarius, ut sequenti litterae assimilaret litteram *n*, quod imprimis fecit

38 Extat *his* pro *is* pag. 7. vers. 8. 12. [91, 14.] pag. 109. vers. 22. pag. 111. vers. 15. [134, 3.] pag. 224. vers. 22.; *hii* pro *ii* pag. 17. vers. 12. pag. 39. vers. 5.; *hiis* pro *iis* pag. 13. vers. 16. pag. 20. vers. 20. [49, 21.]; [*his* pro *iis* 91, 20.] *hisdem* pro *iisdem* pag. 23. vers. 16. (In exemplis aspirationis perperam adhibitae nunc illud quoque ponendum est, quod Bluhmio teste exhibet pag. 11. vers. 8., ubi pro *aut* scriptum est *haut*.) [*heae* p. 131, 21; alibi *ac* vel *en* (vide II, 125 n. 20 et §. 254 n. 42); nusquam *eae*, nisi me fallit memoria.]

38a [Ita nusquam scriptum.]

38b [Vid. Index siglarum in *t* = tt.]

sequentibus litteris *m* vel *r*, nam pro co*nm*. et co*nr*. ubique scripsit co*mm*. et co*rr*.[38c]: igitur in hac quoque specie frequentiorem codicis scripturam amplexus sum. Neque quod in codice saepissime confunduntur *ae* et *e*[39],

38c [Sed *conlocauerit* p. 115, 6, et bis per notam ˀ*l* 10, 3. 186, 16, et quinquiens ˀ*m* 132, 9. 168, 1. 172, 2. 175, 9. 176, 1. Haec igitur in locum suum restitui; item *comp*, quod frequentissimum est, et p. 29, 2 *comfarreatio*. Sed *corr* constanter scriptum esse, non *conr* aut ˀ*r*, verum est.]

39 Velut pro qu*ae*rere codex frequenter exhibet qu*e*rere; v. c. pag. 47. vers. 9. pag. 50. vers. 1. pag. 72. vers. 13. [75, 17. 76, 9. 23. 82, 9. 89, 12. 105, 14. 108, 9. 114, 2. 116, 2. 145, 11. 15. 146, 3. 150, 18. 154, 1. 155, 19. 161, 9. 165, 3. 166, 5. 7. 16. 167, 3. 169, 17. 177, 17. 178, 8. 11. 195, 14.] Occurrunt etiam: pag. 51. vers. 1. et pag. 168. vers. 1. *s*e*pe* pro *saepe*; pag. 98. vers. 24 *e*quis pro *ae*quis; et pag. 167. vers. 21. *e*c' pro *ae*quum. Scripsit porro saepenumero librarius: *es* (pro *aes*) [78, 1. 6. 9. 79, 3. 95, 22. 151, 10; *e*re 31, 14. 79, 2. 112, 14]; *e*stimar*e*, *e*stimatio [52, 23. 106, 3. 107, 1. 122, 4. 164, 20. 183, 15. 186, 22; *e*dibus 194, 24; *e*butiam 198, 15]; gr*e*cus [17, 15. 152, 7. 9. 16. 165, 7] etc. [pr*e*dium 68, 20; pr*e*tor 119, 1. 214, 9; pr*e*ter 135, 4. 147, 13; pr*e*stat 139, 8; pr*e*gnatem 25, 15; h*e*c 82, 23. 98, 21. 112, 13; s*e*uire 14, 2; c*o*h*e*rentes 176, 11; qu*e*stus 214, 12; m*e*uius 98, 22. 220, 12. 221, 7; ann*e*o 118, 20; p*e*dagogum 10, 3.] Inprimis in nominum atque pronominum terminationibus pro *ae* subinde posuit *e*; velut: pag. 16. vers. 6. [139, 23] fili*e* pro fili*ae*; pag. 31. vers. 16. liber*e* pro liber*ae*; pag. 68. vers. 10. nostr*e* pro nostr*ae*. [ali*e* 13, 15 bis; pecuni*e* 205, 5; su*e* 91, 11; -end*e* 96, 19. 120, 21. 130, 21; erciscund*e* 202, 21; ill*e* 118, 24; scol*e* 63, 11. 117, 1; sol*e* 38, 15. 104, 5; pessim*e* 147, 8; femin*e* 27, 12. 43, 10. 51, 18; peregrin*e* 34, 9; person*e* 86, 3. 115, 16; poen*e* 114, 14. 126, 17. 178, 12; sacr*e* 55, 7; natur*e* 151, 13; arr*e* 164, 17; ceter*e* 51, 23. 173, 3; diuers*e* 63, 11. 150, 19. 154, 17; express*e* 168, 5; testat*e* 83, 22; inrit*e* 91, 19; uendit*e* 120, 20; perfect*e* 50, 13. 23; deduct*e* 175, 24; subrept*e* 177, 3; empt*e* 120, 19; cert*e* 190, 10; ist*e* 84, 24. 203, 5; nou*e* 174, 3.] In nullo alio autem verbo tam frequenter insuper habuit litteram *a*, quam in relativo *quae*: exempla exhibent pag. 13. vers. 14. 16. et pag. 42. vers. 10. [20, 14. 26, 11. 50, 20. 23. 55, 7. 59, 18. 63, 22. 65, 8. 68, 7. 69, 13. 18. 21. 70,

b et *u*[40], *d* et *t*[41], et aliquoties etiam *b* et *p*[42], *c* et

7. 84,1. 101,8. 106,19. 118,22. 124,1. 125,19. 131,21. 134,5. 139, 1.4. 141,8.10. 147,15. 155,10. 158,9. 165,12. 184,9. 197,15. qu*e*dam 69,15. 157,23.] Pag. 90. vers. 17. celibatum scripsit, cum pag. 80. vers. 22. scripsisset c*ae*libes; item pag. 154. vers. 13. celum, [p. 145, 4. 165, 15 celius] et pag. 97. vers. 4. penitentia [p. 119, 4 pene]. Ego posui: c*ae*libatum, c*ae*lum, et ex Manutii auctoritate p*ae*nitentia. Conf. Manutii Orthographia, in voce *paenitet*. — E diverso librarius non raro scripsit *ae*, ubi scriptum oportebat *e*; velut: pag. 183. vers. 17. *ae*quorum pro *e*quorum; pag. 179. vers. 12. *aec*. pro *e*quum; [p. 2, 13. 119, 3 *ae*dicto;] pag. 41. vers. 4. neptibusqu*ae* pro neptibusqu*e* [qu*ae* 40,19. 51, 11. 85, 9. 167, 4; atqu*ae* 231, 9] etc. [speci*ae* 23,7; capit*ae* 44,17; nomin*ae* 186,3; greg*ae* 194, 17; mill*ae* 112, 11; equestr*ae* 197, 18; saep*ae* 228,2; fer*ae* 58, 8.] Qua ratione maxime usus est tum in adverbiorum terminationibus, scribens v. c. pag. 63. vers. 8. proxim*ae* pro proxim*e* [propri*ae* 116, 3. 151, 7; cert*ae* 131, 18. 209, 13; rect*ae* 208, 21; iniqu*ae* 231, 7], tum in voce *proprietas*, quam plerumque sic exhibuit: propri*ae*tas [61, 17. 19. 20. 21. 62, 13. 15. 17. 75, 9. 21. 23; soci*ae*tas 160, 13. 168, 10; pr*ae*tium 72, 4]. Pro f*ae*neratores, pag. 196. vers. 13., posui feneratores. [Sed de hoc ne Varroni quidem constabat, de ling. Lat. VII p. 373 Sp. h*ae*redes 94, 13. 108, 8.]

40) Codex saepissime exhibet: de*u*ere [15, 19. 96, 6. 106, 23. 24. 110, 4. 148, 19. 149, 6. 150, 13. 155, 23. 200, 6. 206, 3. 209, 12. 212, 15. 17 (*titio deuet*). 213, 8 (*die deuetur*). 221, 20. 223, 17. 226, 24. 228, 12. 241, 10], de*u*itor [63, 2. 68, 15. 74, 13. 125, 15. 207, 2. 250, 10]; ha*u*ere [11, 9. 39, 6. 55, 4. 76, 10. 109, 23. 112, 1. 7. 116, 22. 185, 2. 200, 16. 216, 17. 226, 17]; pro*u*are [10, 1. 19. 18, 8. 19, 8. 11. 16. 19. 22. 20, 6. 8. 9. 71, 24. 79, 19. 89, 20. 90, 3. 116, 13. 222, 13]; li*u*eri, li*u*ertus [13, 7. 35, 10. 102, 2. 122, 8. 21. 123, 17. 126, 23. 130, 7. 9. 135, 8. 12. 16. 139, 22. 140, 10. 143, 4. 146, 5. 173, 16. 203, 24. 204, 2]; si*u*i [26, 14. 39, 17. 107, 22. 109, 4. 114, 13. 208, 2. 3. 209, 11. 212, 16; ti*u*i 46, 17. 162, 3. 217, 18]; uer*u*um [110, 6. 114, 12. 152, 13. 159, 4. 164, 4. 238, 17]; *u*ona [96, 24. 134, 13. 135, 3. 17. 147, 19. 164, 4. 185, 18. 237, 13] etc. [*u*estia 58, 8. 69, 22. 184, 10; *u*enignior 157, 2; *u*eneficium 134, 2; quam *u*is 42, 15; *u*iennium 68, 20. 114, 13; conu*u*ium 15, 22; du*u*ium 221, 21; tri*u*utoria 214, 19; iu*u*et 51, 20. 63, 20. 148, 2; pu*u*erem 43, 13. 50, 11; la*u*eo 209, 2; sa*u*inus 218, 18; scri*u*atur 111, 10;

q [43], *o* et *u* [44], *oe* et *e* [45], *r* et *f* [46], id mihi imitandum

caeli*u*es 125,24; tre*u*ellio 118,19. 120,2; no*u*is 101,13. 102,22. 195, 12; mo*u*ilis 65,18. 106,18. 238,3; al*u*o 204,10; ar*u*iter 236,13.16; -*e*uit -*e*uitur -*e*uimur -*e*uimus -a*u*itur 27,6. 40,2. 63,14. 84,3. 111, 2. 158,16. 169,7. 176,13. 181,7; -*e*uatur 135,11; -a*u*antur 193,13; -a*u*ile 97,11. 204,9.] — Sed nec contraria desunt exempla. Frequentia enim sunt ser*b*us [4,12. 76,1. 93,5. 214,15. 217,12.19.22] et adiu*b*are [231,8. 232,1.5.8]. Occurrunt etiam: *b*idere [147,8. 168,22. 186,19]; *b*iuus [41,15. 148,6; *b*inum 161,24]; oli*b*etum [176, 15.16; oli*b*arum 176,15]; sal*b*us [23,11. 48,18]; si*b*e [93,20. 159, 11]; *b*adimonium [251,7]; *b*itium [236,4] etc. [*b*ero 141,20; *b*eneunt 147,23; *b*estitum 178,10; *b*erbi 170,23; *b*erberatus 177,19; a*b*ocare 91,24; fa*b*or 191,24; cre*b*erit 134,10; bre*b*iter 193,9; furti*b*a 177, 11; sol*b*i 74,1; con*b*enerit 164,15; o*b*es 181,3; summo*b*ere 143,16. 145,22; no*b*atio 175,2; no*b*i 139,7; super*b*acum 89,12; ser*b*atur 178,3; obser*b*anda 162,1; u*b*is 72,12; -a*b*erunt 47,12. 50,1; -a*b*erit 71,7.] Pag. 181. vers. 4 pro *b*oues extat *u*o*b*es [*u*oues 31,18].

[41] Librarius littera *t* loco litterae *d* ita frequenter usus est, ut aliu*t* et illu*t* saepius scripsisse videatur, quam aliu*d* et illu*d*. Saepenumero quoque pro a*d* posuit a*t* [18,9.15. 51,8. 55,14. 62,20. 66,2. 83,9. 129,3. 201,18. 214,11. 221,21 (*a*, *te*)], idque imprimis fecit in vocibus *adhibere* et *adhuc*. Rarius occurrunt i*t* et qui*t* pro i*d* et qui*d*. — E diverso codex saepe exhibet a*d*, ubi scribendum erat a*t* [11,3. 26,22. 37,17. 51,4. 75,1. 74,12. 85,6. 97,6. 122,18. 125,14. 152,13. 159,12. 204,16. 208,8. 216,19. 235,2]. Praeterea pag. 173. vers. 14. scriptum est e*d* pro e*t*, et pag. 50. vers. 2. et 10. [item 28,13] quo*d* pro quo*t*.

[42] Pag. 95. vers. 13. a*p*stinendi exhibet. — Versa vice in codice pro scri*p*tus non raro invenitur scri*b*tus; v. c. pag. 96. vers. 6. pag. 98. vers. 15. pag. 100. vers. 12.: et pag. 49. vers. 14. vocem *plebis* hoc compendio: *bl.* expressit librarius.

[43] Pertinent huc: pag. 121. vers. 21. ali*q*ui pro alicui; pag. 23. vers. 6. *q*uius; et pag. 225. vers. 7. superva*q*ua. — E contrario pag. 170. vers. 9. *c*ui pro *q*ui legitur. Aliquoties etiam inicum, relincuntur, secuntur scripsit librarius: item pro ae*q*uum pag. 50. vers. 21. et pag. 127. vers. 9. a*e*cum, nec non pag. 167. vers. 21. ec' posuit. Occurrit quoque pag. 179. vers. 12. aec. pro e*q*uum. Conf. supra not. 39.

duxi; sed receptam scribendi formam, plerumque ab ipso quoque librario magis frequentatam, usurpavi. In quibusdam autem codicis scripturam omnino deserui. Nam vocabula ex praepositionibus ***ad, in, ob, sub*** et verbo *jacere* composita, a librario more antiquo semper sic scripta: ad*i*cere, in*i*cere, ob*i*cere, sub*i*cere, ne ambiguitati locus daretur, ubique adjecta consonante *i* exhibui: ad*ii*cere, in*ii*cere etc. Praeterea pag. 183. vers. 22. cl*au*dum posui pro cl*o*dum; pag. 71. vers. 18. et 20. *ch*artulis pro *c*artulis; pag. 58. vers. 8. ele*ph*antes pro ele*f*antes[47]; pag. 163. vers. 18. chirogra*ph*is et syngra*ph*is pro chirogra*f*is et syngra*f*is; denique pag. 183. vers. 14. sym*ph*oniacis pro sym*p*oniacis[48]. Litteram *k,* qua ipse librarius non nisi in compendiis usus est, nusquam adhibui. Reliquum est, ut moneam, codicem syllabas *ii* et *iis* tum in hunc ipsum modum scriptas, tum vero ita exhibere: *i, is:* velut pag. 31. vers. 15. *preti* scriptum est et pag. 2. vers. 14. prouinc*is*. Quod tamen non tam ad orthographicam rationem, quam ad compendiorum usum pertinere videtur. Quo et illud refero, quod saepenumero unam tantum *u* duplicis loco librarius

[44] Pag. 32, vers. 11. pro dip*o*ndii habet dip*u*ndi. — At pag. 51. vers. 16. loc*o*ples, pag. 132. vers. 7. intestat*o*s, pag. 183. vers. 11. occis*o*s, pag. 94. vers. 8. su*o*s legitur, pro loc*u*ples, intestat*us* etc.

[45] Codex pag. 186. vers. 20. pro po*e*nae habet p*e*nae. [De hoc dixi II, 67 n. 4.]

[46] Pag. 13. vers. 3. fu*f*ia pro fu*r*ia legitur. Idem vocabulum pag. 39. vers. 11. hoc compendio: *fuf.* significavit librarius.

[47] Schedae: *elefante.*

[48] Schedae: *syponiacis*

posuit, velut pag. 24. vers. 13. ubi pro distingu*uu*nt scripsit disting*u*nt. Similia sunt: pag. 170. vers. 13. atfe*r*et pro adfe*rr*et; pag. 152. vers. 3. fidepromi*t*is pro fidepromi*tt*is etc.[48a] Quin ad eandem fortasse rationem redigendae sunt earum, quas supra recensui, scribendi formarum hae: obli*t*eratus; so*l*emnis; qua*t*uor; ad*i*cere, in*i*cere, ob*i*cere, sub*i*cere.

Iam vero cum in scribendi compendia inciderit oratio, commodum videtur, ut hoc ipso loco exponam, qualem in his verbis, quae per compendia scripsit librarius, observarim regulam. Equidem integris ea ubique expressi litteris, exceptis numerorum notis, quas ubi inveni, retinui. Ipsas autem siglas ne in annotationibus quidem, nisi singulari aliqua causa postulante, exhibui. Quodsi scribendi compendia, quae in codice reperiuntur, suis quaeque locis voluissem subjicere, numerorum lectorem ad annotationes ablegantium quasi flumine inundatum esset libri contextum, annotationes autem in immodicam molem increvissent. Itaque consultius mihi visum est, peculiarem indicem in hujus praefationis exitu ponere[49], qui varias siglarum formas ad exempli nostri fidem exhiberet, singulosque, ubi reperirentur, locos accurate commonstraret. Quod autem dico, indicem varias siglarum formas ad exempli nostri fidem repraesen-

[48a Haec enumerata sunt in siglarum indice, *i* = ii, *r* = rr, *t* = tt, *u* = uu. Ex contrario genere est *promisserit* 235, 8, non mirabilius illud quam quod vulgo scribitur *cèsserit*.]

49 (Nunc in extremo libro collocatus est.) [a me quantum potui emendatus.]

tare, id eo potissimum pertinet, quod in codice modo integra et perfecta, modo propter deletam antiquam et superimpositam novam scripturam minus perfecta nobis apparuit compendiorum forma: quam diversitatem in indice exprimendam esse judicavi. Denique operae pretium futurum arbitratus, si insigniorum libellorum, qui de siglis veterum tractant, rationem haberem, Valerii Probi de Notis Romanorum Libellum, Notas juris a Magnone collectas, Petri Diaconi de Notis Litterarum more Romano Librum, Notarum veterum Explanationem ex Papiae Glossario, anonymi alicujus Notarum juridicarum Explanationem, nec non alius incerti auctoris Notarum et Litterarum singularium Explicationem contuli[50]; quo-

50 Quos hic indicavi libellos, ut alii, ita ediderunt etiam Dionysius Gothofredus et Helias Putschius, ille inter Auctores Latinae Linguae, hic inter Auctores Grammaticae Latinae. Est tamen ea utriusque collectionis diversitas, quod apud Putschium omnes hi inveniuntur notarum indices, ultimo tantum excepto; cum Gothofredus, qui ultimum hunc exhibuit, Notarum ex Papiae Glossario et Notarum juridicarum Explanationem omiserit: differt praeterea hic illic in communibus quoque utriusque collectionis libellis a Gothofrediana lectione Putschiana. Ego, ubi dubium me tenuit lectio, plerumque eam editionem secutus sum, quae Friderici Tiliobrogae curis anno 1599. Lugduni Batavorum prodiit, quaeque ita inscripta est: „Marci Valerii Probi - - de Notis Romanorum interpretandis Libellus. Magnonis, Diaconi, aliorumque Notarum veterum explicationes." Hic liber eosdem, quos Putschii collectio, siglarum indices complectitur. Adhibui tamen etiam Soranam-Valerii Probi editionem, quam anno 1647. curavit Henricus Ernstius, quamque in primo Thesauri sui Tomo iterum exhibuit Meermanus. Ceterum in conferendis antiquioribus his opusculis acquiescendum putavi, ne collationis labor infini-

tiesque in his indicibus easdem vel similes siglas atque in codice nostro invenirem, in meo indice rem annotavi[51].

Hoc itaque instituto in scribendi compendiis usus sum. Vbi autem in recensendo contexto a codicis lectione recedendum putavi, vel sicubi dubia videri debuit codicis lectio, illud mihi curae fuit, ut in annotationibus suo loco codicis scripturam accurate significarem: quod si quando factum non est, quae in annotationibus omisi, in praetermissorum indicem rettuli. In ipso etiam contexto quae vel aliena sunt a codice, vel incerta, vel certa quidem, sed ita comparata, ut jam non integra in codice appareant, currentibus litteris distinxi: quas tamen non usurpavi, ubi vel sola

tus evaderet. Qui sane haud magnus fuisset, si ipsorum fontium vicem adire voluissem Ioannis Gerrard Siglarium Romanum (Londini. 1792. 4.), librum per Germaniam non adeo vulgatum, cujus copiam mihi fecit Celeberrimi Thibaltii humanitas: nam in eo id egit auctor, ut omnes notas ac litteras in marmoribus, lapidibus, nummis, auctoribus aliisque Romanorum veterum reliquiis repertas, ordine alphabetico distributas explicaret. Quod tamen institutum cum mihi parum diligenter executus esse videretur Gerrardus, neque ad inquirendum in singula quaeque tempus suppeditaret, hujus libri collatione abstinere satius censui. Waltheri autem opus praestantissimum (Lexicon diplomaticum. Ulmae 1756.) cum in indaganda earum potissimum aetatum scriptura versetur, quibus antiquiorem esse codicem nostrum nemo dubitabit, a meo proposito alienum erat.

51 In allegandis singulis libellis ita versatus sum, ut auctorum tantum nomina apponerem; quod cum in binis illis opusculis, quorum ignorantur auctores, fieri non posset, alterum Putschii, alterum Gothofredi pagina allegata significavi. Vsus autem sum, quod ad Gothofredum attinet, editione anni 1595.

orthographiae ratione codicis scripturam deserui, vel verbum aliquod imperfecto compendio expressum plene scripsi, vel denique litteram aliquam, cujus indubitata esset geminatio, bis exhibui[52]. At ubi tale quid, quod a codice omnino abesse constaret, in contextum nihilominus recepi, id quod plerumque cum necessarium videretur, aliquoties tamen, quamvis perraro, ob eam solam causam feci, ut sententia magis pateret; verba ita inserta non modo currentibus litteris expressi, sed etiam semicirculis inclusi[53]. Praeterea lacunarum, quas exemplum nostrum habet, supplementa, ubi non litterae, sed verba integra desiderantur, binis asteriscis, altero in principio, altero in fine posito, notavi[54]. Eas autem, quas sine supplementis reliqui, hic stellulis (*) singulas litteras significantibus, illic lineolis impletas exhibui. Quarum quidem lineolarum duplex genus est: breviorum (—), trium fere litterarum spatium indicantium, alterum; alterum longiorum (———,

52 Velut pag. 17. vers. 6. et pag. 64. vers. 12. ita habet editionis contextum: „nuptiae esse" „usucapias semel", non: nuptiae *esse*, usucapias *semel*; quamquam in codice, una tantum *e* et una *s* adhibita, sic scriptum est: „nuptiaesse" „usucapiasemel". [Scilicet neglegentia librarii, non consilio. Itaque alteram litteram obliquari jussi.] Haec tamen et quae sunt alia ejusdem generis in praetermissorum indice notavi. (Quae hic in praetermissorum indice posita esse dicuntur, ea nunc suis quaeque locis in annotationibus exhibui.) [Satis multa neglecta erant; quae addidi.]

53 Conf. v. c. pag. 3. vers. 6.

54 Exemplum exhibet prima statim pagina. Nam principii, quod tale est: „I. *De iure gentium et*" vestigia in codice agnovimus: quae autem sequuntur usque ad extremum versum 3. legi non potuerunt, sed e Digestis suppleta eamque ob causam asteriscis inclusa sunt.

——————), quarum quaternis singulos versus, vel etiam plures, numero tamen in interiore paginae margine apposito, significavi. Eodem modo in contexto eas lineas commonstravi, quas ipsum librarium vacuas reliquisse, in annotationibus suo loco monui[55]. In numero autem singularum litterarum, quae passim desiderantur, definiendo, ubicumque aliquid hac de re in schedis distincte notassem, id secutus sum; ubi vero hoc subsidio non adjuvarer, calculo usus sum, quem ex eo subduxi, quod plerique codicis versus complectuntur litteras undequadragenas[56]. Quem calculum si quis minus accuratum dixerit, me ipsum habebit facile assentientem. Verum enim vero ne illae quidem de deficiente litterarum numero notationes schedis passim insertae ita certae sunt, ut nullum dubitationi locum relinquant. Res enim ipsa vetat, ne de litterarum aliqua lacuna comprehensarum numero certi quid statuere possis, cum aliae aliis latius pateant. Igitur in conjecturis, quas de explendis lacunis proposui, ad eum numerum, quem desiderari vel schedae significant, vel calculus ille meus, non ita stricte me conformavi, ut numquam eum una alterave littera sive augere, sive minuere ausus sim. Quod ubi feci, simul tamen eum litterarum numerum indicavi, qui, solius spatii ratione habita, deesse videretur[57]. Sicubi vero

[55] Omnis generis exempla habes paginis 5. 8. 9.

[56] Hic ille numerus est, quem in notis aliquoties appellavi *legitimum*, (vel *solitum*). Conf. ad Commentar. I. §. 108. not. 1. ad Commentar. II. §. 270. not. 11. (nunc 12.)

[57] Velut pag. 43. vers. 15.

talem protuli conjecturam, quae compendiorum usum requireret, de eo quoque lectorem admonere haud facile neglexi [58]. Vtrumque tamen annotationis genus, cum integri vel paene integri versus explendi essent, minus necessarium judicavi, ideoque ut plurimum omisi [59]. Similiter si cui lacunae non ex ingenio subveni, sed e Digestis, vel e Iustinianeis Institutionibus, vel ex aliis libris explementum petivi, plerumque supervacaneum existimavi, in scripturae formam, quam librarius abhibuisse putandus esset, inquirere meamque hac de re conjecturam subjicere [60]. Iam vero de contexto nihil reliquum est, quod moneam, nisi quod formulas, a librario eodem quo cetera litterarum genere expressas, majoribus litteris distinxi.

Annotationes alias superiore, alias inferiore loco collocavi. In superioribus annotationibus primum id egi, ut, ubi opus videretur, quae codicis esset condicio quaeque scriptura diligentius indicarem, ejusque lectionis, quam in contexto exhibuissem, causas redderem; deinde, ut in iis tales conjecturas proponerem, quae vel ad sententiam tantum demonstrandam comparatae essent, vel, quamvis ipsis verbis sive supplendis, sive emendandis inservirent, non ita certae viderentur, quas in contextum recipere aude-

58 Exempla habes pag. 6. vers. 17. pag. 21. vers. 4. pag. 48. vers. 7.

59 Velut pag. 15. vers. 6. pag. 46. vers. 21. pag. 58. vers. 19. pag. 85. vers. 1.

60 Conf. e. c. pag. 1. vers. 1 — 3. et vers. 6. item pag. 65. vers. 19. Interdum tamen aliud suasit peculiaris quaedam rei ratio, velut pag. 102. vers. 12.

rem;[60a] denique, ut contextum conferrem cum Alariciana Gaji epitome et cum iis Gaji nostri locis, qui in Iustiniani Digestis et Institutionibus, aliisque libris extant. Illud tamen per se quisque intelliget, me in significanda scriptura non tam ipsius codicis rationem habuisse, quam exempli, quod inde transcripsimus; in quo multa vel minus definita vel lacunis interrupta sunt, quae quis fortasse, iterum atque iterum inspecto codice, emendare aut explere poterit. Quam ob rem quoties codicis scripturam non sic exploratam habui, ut nulla de hoc vel illo ductu superesset dubitatio, non codicem, sed exemplum nostrum, quod ubique schedas appellavi[61], testem attuli: cujus apographi lacunas in annotationibus iisdem atque in contexto signis descripsi. Cum vero non pauca sint in annotationibus, quae non ipse conjecerim, sed amicorum debeam sollertiae atque humanitati, horum nomina suis quaeque locis apposui.[61a] Denique in instituenda illa, quam supra dixi, contexti cum aliis quibusdam libris colla-

[60a Tenui regulam olim mihi a Göschenio traditam, ut verba vel minus certa, ubi de sententia constaret, admitterentur, rerum autem novarum aut incertarum nihil tam gravi auctori adfingeretur, nisi quod aut clare scriptum aut aliorum scriptorum certis testimoniis confirmatum esset.]

61 Hoc adhibito compendio: Sched. Conf. supra not. 35.

[61a In hoc ut in ceteris plerisque Göschenium secutus sum. Itaque siquid forte ab alio prius dictum mihi adscripsero, inscientia me vel neglegentia peccasse confitebor, non voluntate. Sed quid quisque ab alio inventum probasset, raro indicavi, veritus ne magnae auctoritates judicii officerent sinceritati. Ea in quibus nullam veri partem inesse judicavi, tacui: neque in hoc genere me numquam errasse credo, sed per malitiam aut invidiam errasse nego.]

tione sic versatus sum. Alaricianae epitomes auctores de retinendis Gaji verbis adeo non cogitarunt, ut si orationis formam spectes, vix unus vel alter locus occurrat, quem conferre operae pretium sit[62]. Major fructus ex argumentis, quae in Epitome[63] tractantur, colligitur. Omnes itaque Epitomes locos, qui materiam ad implendas lacunas suppeditant, annotationibus inserui, novissimam Hauboldi recensionem ut plurimum secutus[64]: sed nec illud abs re visum est, eos Epitomes locos in annotationibus exhibere, qui, cum hactenus ex Gaji Institutionibus manasse existimarentur, nunc aliunde repetiti esse intelliguntur. In Iustinianeis Digestis autem et Institutionibus cum contexto nostro componendis, ne ad alios locos respicerem, quam qui verborum comparationem admitterent, res ipsa ferebat. In quorum tamen locorum numero non ii tantum collocandi erant, quos ex Gaji Institutionibus depromptos esse jam ante sciebamus: sed alii praeterea multi, quos ex illis in Iustinianeas Institutiones translatos esse nunc demum apparuit[65]. Sed ut in perficienda hac comparatione mihi ipse consta-

62 Conf. Commentar. II. §.§. 272. 273. 277.

63 Hoc uno verbo in annotationibus ubique Alaricianam Gaji epitomen designavi.

64 Ad pag. 9. apponere oblitus sum locum hunc: *Nam Latini patronorum beneficio* etc. Vid. Epitome, I, 1, §. 4. in fine. (Nunc eum adscripsi. Vid. Commentar. I. §. 35. not. 41.)

65 Velut pr. et §.§. 1. 5. I. quibus modis jus potestatis solvitur; §.§. 3. 4. I. de tutelis; pr. I. de legitima agnatorum tutela; §.§. 6. 7. de Atiliano tutore. Conf. Gajus, Commentar. I. §.§. 124. 126—129. 144. 146. 147. 155. 189. 191.

rem, certos, quos non egrederer, fines mihi constitui. Nam praeter Haloandrinam et Florentinam Digestorum, item Haloandrinam, Cujacianam, et Bienerianam Institutionum lectionem, nullius neque editi, neque scripti libri varietatem respexi, nisi quam in Digestis a Gebauero, in Institutionibus a Bienero annotatam viderem. Neque aliter aberrantes lectiones allegavi, quam si vel nusquam, vel in sola Bieneriana Institutionum editione, nullo laudato auctore, contexti nostri lectionem exhiberi intelligerem. Quoties autem eundem Gaji locum et in Digestis et in Iustinianeis Institutionibus reperirem, harum tum demum rationem habui, cum in aliquam inter Digesta et contextum nostrum lectionis diversitatem inciderem. Quod ad reliquos illos libros attinet, quibus etiam aliqui Gaji loci continentur; in Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione praeter vulgatam, Scaligerani maxime apographi et Heidelbergensis editionis (a. 1656.) lectionem consului: Boethii autem in Topica Ciceronis Commentarios secundum Basileensem Operum editionem (a. 1570.) contuli; ita tamen, ut Lugdunensis Commentariorum editionis, quae a. 1536. prodiit, librorum manuscriptorum a Meermano collatorum[66], et celebratissimi illius apud Cynum loci[67] variantes lectiones non negligerem: in Prisciano denique Putschii

[66] Vid. Gerardi Meerman Diatriba de rebus mancipi. Lugd. Bat. 1741. §. 8.

[67] Extat in Cyni commentario ad L. un. C. de usucapione transformanda. Vid. Oper. ed. Francof. (a. 1578.) pag. 439.

editionem secutus sum[68]. Vno alteroque loco Vlpiani quoque Fragmenta, quorum cum Gaji Institutionibus in universum magnus consensus est, comparationis praebuerunt materiam: quibus locis ad eam maxime lectionem, quam codex Vaticanus habet, respexi. Tandem sicubi ab iis Gaji speciminibus, quae a Maffeio et ex Niebuhrii apographis jam ante edita fuerant, nostra deflecteret editio, ne quid in eo genere desideraretur, hoc quoque ut annotarem faciendum duxi.

Alterum annotationum genus, quod extrema eaque secta exhibet pagina, eo consilio subjeci, ut locos in superioribus annotationibus cum contexto collatos accuratius indicarem, aliosque praeterea, qui similis essent argumenti, allegarem. Hos tamen locos ab iis, quorum non argumenta modo, sed etiam verba cum contexto conspirant, praeposita voce *conferatur*, vel *conferantur* (Conf.) diligenter distinxi. Ne vero in laudandis similibus locis nimius essem, modus adhibendus fuit. Itaque qui loci in Epitome, in Iustinianeis Institutionibus et in Vlpiani Fragmentis extant,

68 Novissima Prisciani editio, quam curavit doctissimus Augustus Krehl (prodiit Lipsiae a. 1819. 20. duobus Voluminibus 8.), cujus inspiciendae facultatem nunc demum nactus sum, ea Gaji verba, quae posteriore loco allegat Priscianus, pleniora exhibet, quam apud Putschium leguntur. Nam cum ita habeat Putschius (pag. 726.): „In eodē: *Qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens.*"; apud Krehlium (Vol. I. pag. 287. 88.) priori *qui* praemissa sunt verba: „*Praeterea alio ejusdem conditionis*". Haec tamen verba ab omnibus suis codicibus abesse ipse Krehlius testatur; unde ea ab anterioribus Prisciani editoribus ex Boethio in Prisciani contextum translata esse suspicor. — Conf. Gajus Commentar. I. §. 119.

indicavi omnes; neque minus in eos intentus fui, qui ex Gaji Rebus quotidianis in Digesta migrarunt: praeter hoc autem in eo fere me continui, ut, ubi de rebus ad juris antiquitates pertinentibus loquitur Gajus, insigniores ejusdem argumenti locos vel in Corpore Iuris, vel apud alios antiquos auctores obvios indicarem.[68a] Illud vix est ut moneam, me similium quoque, qui in ipsis Gaji Institutionibus occurrunt, locorum designandorum curam habuisse.

Ac de Gaji codice et de consilio, quo in eo edendo usus sum, haec quidem dicenda esse existimavi. Nunc ad Fragmentum de Iure Fisci transeo.

Duo illa folia, quibus inest hoc fragmentum, lacera sunt atque corrugata admodum: forma est quadrata major: paginae in binas dividuntur columnas vicenis quaternis versibus compositas: singuli versus ternas [immo quaternas] denas ad vicenas litteras complectuntur, ita tamen, ut plerumque constent litteris septenis denis[69]: litterarum forma uncialis est. Duo-

[68a In his augendis quam difficile sit sibi satis facere, expertus didici. Eorum quae addidi pars Rudorffio debetur, cujus nomen non adjeci nisi quibusdam exquisitioribus.]

69 Inter versus 13 litteris constantes referendus est etiam versus 22. in folii prioris columna quarta positus, quamquam ex eo 12 tantum litteras eruimus; evanuisse enim videtur initialis littera. (Conf. §. 9. not. 4.) [Immo si hanc addiderimus, erunt litterae quindecim, *in emptorem ūdi:* nam *m* litteram hic librarius tam spatiosam pingere solet ut pro binis numeranda sit. Hac numerandi ratione admissa bis II, 2, 17 et 4, 19 litteras quaternas denas invenimus, quinas denas autem non admodum raro.] Viginti litterae non nisi in prominentibus quibusdam versibus reperiuntur. [I, 1, 24. II, 4, 16; item I, 2, 19, si ibi scriptum est *ȷ̄haN*]

bus locis versum omisit librarius[70], ob eandem, opinor, rationem, quam supra indicavi, cum idem in codice XIII. saepius a librario factum esse monerem. Praeterea horum foliorum cum codice XIII. haec est convenientia, quod quidam versus prae ceteris prominent, et in quibusdam aliis vacua deprehenduntur spatiola, quibus antecedentis articuli exitus a sequentis principio separatur: accedit, quod in his quoque membranis nulla reperitur neque interpunctio, neque verborum distinctio, quodque frequenter siglis librarius usus est. Illud autem diversum est, quod hujus fragmenti litterae illis, quibus Gaji Institutiones scriptae sunt, aliquanto grandiores sunt: quin quaedam in ipsa litterarum figura animadvertitur varietas, quae maxime apparet in litteris *A* et *R*; quo etiam illud referendum est, quod litterae *F*, *P*, *R* plerumque totae supra lineam positae sunt, cum in Gaji codice infra lineam decurrant. Neque quod dixi, in Gaji codice paginarum initiales litteras reliquis majores esse, idem de hoc fragmento dicendum est: in posteriore enim folio initiales primae quartaeque columnae litterae, quamvis in verbi alicujus principio positae sint, ejusdem atque reliquae litterae magnitudinis nobis visae sunt; ceterarum columnarum initia deperdita sunt. At prominentis cujusque versus prima littera paulo grandior esse solet. Ceterum in his membranis, quamvis non rescriptis, vetustate tamen ita evanidam factam repperimus scripturam, ut in iis quoque gallae infusum

70 Vid. fol. prior. col. 4. lin. 4. et 17.

adhibendum fuerit. Quod autem earum contextum singulari numero fragmentum dixi, id si quis reprehendat, lubens concedo, duo proprie esse fragmenta: nam quae in extremo priore folio leguntur, cum posterioris folii principio minime cohaerent[70a]; ita ut folia quaedam intermedia deperdita esse evidenter appareat. De auctore nihil habeo, quod asseverare possim, praeterquam quod eum e classicorum Iurisconsultorum numero fuisse ipsa fragmentorum materia docet, quippe quae magnam partem sit e jure antiquo[71]. Ex qua materia illud quoque colligit Niebuhrius, membranas nostras ante occidentalis imperii exitium exaratas esse; neque enim verisimile videri, ut quis posterioribus temporibus talis argumenti librum transcribi curaverit: Koppius ex lit-

[70a Non magis quam si eorum ordinem inverterimus; quod cur fieri non possit, causam nullam video.]

71 (Ne nunc quidem quicquam affirmo: probabilis tamen videtur eorum sententia, qui haec fragmenta Paulo tribuenda esse opinantur, Quam sententiam primus protulit Celeberrimus Gottschalkius, qui eam cum Savinio communicavit. Posthac ipse a doctissimo Caplickio admonitus sum, ea, quae fragmentorum §. 19. contineantur, iisdem fere verbis exprimi loco quodam Digestorum e Pauli Libro V. Sententiarum desumpto, videlicet L. 45. §. 3. de jure fisci: id quod in Addendis ad Ed. 1. notavi.) [Pauli de Iure fisci libris alii adscripserunt, ejusdem Regularum libro singulari Dirksenius (vermischte Schriften, 1841, I p. 48); contra quem pro Sententiis quae potui argumenta nuper dixi (Zeitschrift für geschichtl. Rechtsw. XI, p. 110). A ceteris longe dissentiens C. Gu. Walchius „de aetate fragmenti veteris jurisconsulti de jure fisci" Ienae anno 1838 ita disputavit, ut librum a nescio quo juris consulto Diocletiani vel Constantini tempore scriptum doceret, parum, ut mihi quidem videtur, probabiliter.]

terarum forma de aetate membranarum nihil statuere ausus est[72].

In edendis his reliquiis in universum quidem idem, quod in Gaji Institutionibus, consilium secutus sum; quaedam tamen aliter institui. Nam in exteriore margine non paginas notavi, sed columnas: deinde ad designandas lacunas integros versus complexas pro quaternis binas adhibui lineas majores (——— ———); in brevioribus autem lacunis praeter minores illas lineas (—), quibus indicatur trium litterarum spatium, aliis quoque usus sum minutissimis lineis (-), ut duarum litterarum spatium significarem[72a]. Siglas peculiaris exhibet index post eum, qui ad Gaji Institutiones pertinet, collocatus.

Multa, quae de Gaji Institutionibus adjicere in animo habebam, spatii huic praefationi constituti et temporis angustiis, quominus nunc proponam impedior. In quibus illud quidem levissime fero, quod negatam mihi video opportunitatem fusius disputandi de commodis ex invento hoc thesauro ad juris doctrinam redundantibus[73]. Nam si quis, cujus non sit praeoccupatus animus, vel festinanter inspexerit Gaji In-

72 Vid. Zeitschrift für geschichtl. Rechtsw. Tom. III. pag. 132. Tom. IV. pag. 481.

[72a Quaedam minuta neque magni momenti tacite correxi, ne adjecto quidem Sic illo de quo dicam pag. LXVIII: nam addebant mihi fiduciam apographa duo, alterum Göschenii alterum Hollwegii manu factum, quibus nihil fieri potest accuratius.]

73 (De hac re nuper docte exposuit Celeberrimus Schraderus. Vid. libellus sic inscriptus: Was gewinnt die Römische Rechtsgeschichte durch Cajus Institutionen? Untersucht von Ed. Schra-

stitutiones, novam nunc ejus studii, quod in vetere jure Romano enucleando positum est, aetatem incipere intelliget. Vnde eos, qui fructum ex hac editione percipiendum consideraverint, si simul difficultates, quae superandae mihi fuerunt, probe perpenderint, imperfectae meae operae aequos judices me nacturum esse spero. Eorum vero, quae fortasse probabuntur, laus non mihi soli tribuenda erit. Nam sicut in describendo Codice meae operae suam adjunxerunt Bekkerus et Hollwegius, ita in adornanda quoque hac editione amicorum, imprimis Buttmanni, Hollwegii et Savinii ope consilioque me adjutum esse grata mente profiteor.

His ita de iis, quae ad hujus voluminis causam pertinent, expositis, non abs re videtur, ut aliarum quarundam notabilium membranarum, juridica argumenta exhibentium, quae in Bibliotheca Capitulari Veronensi asservantur, brevem notitiam subjungam[74].

Est autem in harum numero Sulpicii Severi codex membranaceus[75], formae quadratae, insignitus olim numero XXXVIII., nunc XXXVI., quo, ut jam Maffeius monuit[76], alicujus exempli Iustinianearum Insti-

der. Aus den Heidelberger Jahrbüchern der Literatur besonders abgedruckt. Heidelberg. 1823. 8.)

74 Haec ea, quam ante aliquot annos vulgavi (vid. Leipziger Literatur-Zeitung. 1817. pag. 2645. 46.) et plenior est, et accuratior.

75 (Conf. Prodromus Corporis juris civilis a Schradero, Clossio, Tafelio edendi. Berol. 1823. pag. 57. 58.)

76 Vid. Opuscoli ecclesiastici, pag. 90.; ubi sic ait Maffeius: „In Sulpitii Severi codice, de quo alias, tres chartae sunt ad hiatum supplendum posterius additae. In iis ut denuo scribi posset,

tutionum continentur folia tria. Horum foliorum, a manu ei, quae in Fragmento de Iure Fisci deprehenditur, simili, litteris tamen paulo minoribus exaratorum ultimum rescriptum est; in prioribus autem, licet et ipsa ad rescribendum praeparata videantur, antiquae scripturae vestigiis nulla nova superinducta est. Primum folium a prooemii extrema §. 5. incipit et ad finem fere tituli de justitia et jure extenditur: alterum folium indicem exhibet, qui primi et secundi libri titulos omnes, tertii titulos quinque priores complectitur: in tertio denique folio titulus de jure naturali, gentium et civili a media §. 4. legitur. Haec tamen Iustinianearum Institutionum fragmenta, quamvis notatu digna, non tanti sunt momenti, ut comparari possint codici LX.[77]. Is nunc foliis membranaceis 107, formae, quam dicunt in folio, angustioris, Synodalium Canonum epitomas continet: at folia IV. — LXXXI. olim alterius libri, qui Iustiniani Codicem repetitae praelectionis cum adjunctis scholiis Graecis exhibebat, partem constituerunt: id quod primus animadvertit Bekkerus. In primitivo hoc libro bina eorum, quae

scriptura anterior sive abluta est, sive abrasa: verumtamen tenuissima vestigia rimari non destiti, atque ut translucida fierent lumini usque adeo obiicere, donec majoribus et elegantibus literis Institutiones ibi olim perscriptas intellexi.' Versus aliquot ex titulo de Justitia et jure integros excepi: in iis: *est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuens*; quae proculdubio probatior est lectio, quam *tribuendi*. Ita legisse videtur D. Augustinus, cum scripsit virtutem esse, *quae sua cuique distribuit*."

77 (Conf. Bluhmii Iter Italicum. Erster Band. Berlin und Stettin. 1824. 8. pag. 262. 263.)

nunc sunt, singula folia effecerunt: unde antiqua scriptura a nova, quae superimposita est, secatur. Illa binis columnis Iustinianei Codicis contextum exhibet; scholia autem non in margine tantum, sed in ipso quoque intercolumnio apposita sunt. Litterae tam Graecae, quam Latinae unciales sunt: Latinae, venustate insignes, earum, quibus Gaji codex scriptus est, similes quidem sunt, grandiores tamen atque rotundiores: quod autem ad scholia attinet, sicut ipse sermo Latina verba admixta habet, ita etiam cum litteris Graecis Latinae scripturae ductus sociati sunt: accentus in verbis Graecis reperiuntur nulli: siglis librarius non nisi in constitutionum inscriptionibus et subscriptionibus usus esse videtur: verba intervallis nusquam separantur. Quibusdam locis rubricae conspiciuntur; plerumque autem pro rubrica vacuum spatium invenitur. Titulis singulisque constitutionibus Graeci numeri sunt praepositi. Inter constitutiones Bekkerus non nisi unam Graecam repperit[78]. Hujus legi potuit tantummodo pars posterior: data est „*$\overline{III}$ $\overline{ID}$. febr. leone $\bar{a}$ $\bar{u}$ 28s*"; locusque ei assignari debet in titulo de monopoliis et conventu negotiatorum illicito: etenim sine dubio ipsa illa est, quam ibi desiderari monent Contius[79] et Pi-

78 (Bluhmius quattuor constitutiones Graecas in hoc volumine deprehendit.)

79 Is in editione Parisiensi a. 1562. post rubricam tituli de monopoliis etc. haec adjicit: „**Constitutio Graeca hic deesse notatur.*" Non accurate loquitur Spangenbergius, cum in Gottingensi editione tit. cit. not 3. sic scribit: „Ceterum in libris veteribus notari hoc titulo Graecam deesse Constitutionem, Cont. Russ. Char. mo-

thoei[80]; quippe, praemisso numero β', ea sequitur Zenoniana constitutio, quae sub titulo de monopoliis in editionibus sola legitur. Constitutionum inscriptiones, quas codex exhibet, iis, quas editi libri habent, interdum videntur esse emendatiores. Imprimis vero subscriptionibus codex praestat; multas enim offert, quae in editis libris desiderantur: exempla praebent tituli de periculo et commodo rei venditae, et de actionibus empti et venditi; omnes enim constitutiones sub his titulis collocatae in nostro libro manuscripto subscriptionibus praeditae sunt. Ceterum paucos illos titulos, quos ut percurreremus temporis angustiae passae sunt, partim ad quartum, partim ad quintum, partim ad octavum librum pertinere intelleximus. Porriguntur enim folia XLVI. et XLIX. a Legis 2. de periculo et commodo rei venditae (IV, 48.) verbis *pertinet*. *Haec* ad Legis ult. de actionibus empti et venditi (IV, 49.) verba *experiendum esse per-;* folia XXIX. et XXXIV. a Lege 6. si mancipium ita fuerit alienatum (IV, 57.) ad Legis un. de nundinis (IV, 60.)

nent." Russardus enim et Charondas non deesse constitutionem aliquam, sed Zenonis constitutionem, quae in editis libris Latine extat, Graece emissam esse significant.

80 Pithoeos in Observationibus suis ad Codicem Iustinianeum hujus rei mentionem injicere, ab Hauboldo edoctus sum. Scribunt autem illi pag. 373.: „Sub hoc tit. de Monopoliis in veteri quodam libro constitutio Graeca deesse dicitur, quae forte extat *lib. VI. Harmenop. tit. XIIII.*" Conf. Reizius ad Harmenopulum, Lib. VI. Tit. 14. §. 12. not. 19., in Io. L. B. de Meerman Supplemento Novi Thesauri Iuris civilis et canonici, pag. 353. Nostra tamen constitutio ab iis, quae apud Harmenopulum leguntur, aliena esse videtur.

verba *exactione sectentur;* folia LXVII. LX. LIII. et LVIII. a Legis 2. de praediis et aliis rebus minorum (V, 71.) verbis *consilio emptoris* ad Legem 1. de magistratibus conveniendis (V, 75.); folia denique VIII. et VII. a Legis 27. de evictionibus (VIII, 45.) verbis *rationem. Nam* ad Legis 3. de adoptionibus (VIII, 48.) verba *non habeas: intell-*. Quae sufficient, opinor, ut perspiciatur, quantum ad Iustinianei Codicis crisin momentum afferre possit hujus libri manuscripti accurata collatio: quam propediem institutum iri opto speroque. Quae speciminis causa ex eo transcripsit Bekkerus, sequentes exhibebunt plagulae[81].

Scribebam Berolini, mense Novembri Anni MDCCCXX.*

81 (Haec specimina nunc eam ob causam omisi, quod Bluhmius et Maierus, qui codicem LX. nuper post Bekkerum tractaverunt, quaecumque notatu digna viderentur, ea omnia accurate descripserunt. Conf. Bluhmii Iter Italicum loc. not. 77. alleg.)

* Praefatione jam typis expressa unius rei, quae ad intellectum annotationum huic editioni annexarum pertinet, indicandae me oblitum esse animadverto: de qua verbo monendum est. In annotationibus, igitur saepenumero schedarum scripturam ita expressi, ut interrogationis signa inseruerim. Quae ubi uncis inclusa sunt, praecedentem litteram dubiam esse significant: quoties autem interrogationis signum in extremo aliquo versu adjectum uncis inclusum non est, illam dubitationem indicat, utrum littera in schedis ultimo loco posita in codice ipso versum claudat, necne. Posterioris generis exempla suppeditant Commentar. I. §. 27. not. 5. §. 114. not. 20. (nunc 26.) §. 135. not. 66. (nunc 73.)

PRAEFATIO
SECVNDAE EDITIONIS.

Tanta cognoscendarum Gaji Institutionum apud homines doctos cupido fuit, ut mox, cum liber in lucem prolatus esset, bibliopola certiorem me faceret, omnia exempla divendita esse novamque editionem desiderari. Cui desiderio ne statim satisfacerem, grata atque exoptata causa fuit haec, quod Fridericus Bluhmius, tum Italiam profecturus, codicis Veronensis locos dubios vel omnino non explicatos denuo accurate inspiciendi consilium cepit. Etenim expectandus erat novae hujus operae in Gaji codicem conferendae fructus. Qui si ubertate vota non aequavit — haud paucae enim supersunt paginae integrae, e quibus etiam nunc vel nihil exsculptum habemus, vel singula tantum verba[1a] — non Bluhmius culpandus est, Vir doctrina, sagacitate, industria insignis, in legendis veteribus membranis exercitatus, qui separatis temporibus codicem nostrum iterum atque iterum tractavit; sed accusanda ipsa codicis condicio. De qua jam sic sta-

[1a Restant paginae ferme xxxvi, in quibus docti Itali industriam et ingenium cum magno litterarum commodo exerceant.]

tuendum videtur, sperari vix posse, ut quae Bluhmio e tenebris in lucem protrahere non contigerit, ea reiterata lectione a quoquam eruantur, nisi nova excogitentur remedia chemica his, quae hodie in usu sunt, efficaciora [1]. Vnde commodum, quod Bluhmii curis nobis obvenit, licet tantum non sit, quantum desiderabatur, quantovis tamen pretio aestimandum est. Itaque cum primum Bluhmii schedulas nactus sum, simul et manum ad librum denuo edendum admovi, et intellexi, hoc totius instituti caput esse debere, ut Bluhmii annotationes quam diligentissime in utilitatem novae editionis converterentur. Quod unum saltem perfecisse videbor:[1a] nam in reliquis, quominus ipse mihi satisfacerem eo impeditus sum, quod tempus operi impendendum ex aliis occupationibus per singula momenta eripere coactus fui. Ceterum praeter primarium hoc, de quo dixi, novae editionis subsidium Bluhmio etiam Collationis variantes lectiones debeo e duobus codicibus nuper ab oblivione vindicatis excerptas: dico codicem Vercellensem, quem Bluhmius ipse [2], et codicem Vindobonensem, quem Lancizollius detexit. Ampla denique annotationum ab aliis Viris doctis partim publici juris factarum, partim privatim mecum communicatarum seges mihi suppetiit.

[1] Conf. Bluhmii Iter Italicum. Tom. I. pag. 261. 262.

[[1a] Vix quicquam mihi quod aut adderem aut corrigerem relictum vidi, quamvis chartulas Blumii, tam eas quas ad Göschenium miserat, quam alias complures quas mihi petenti facile concessit, sedulo excusserim.]

[2] Conf. Bluhmii Iter Italicum. Tom. I. pag. 98.

Quibus omnibus adhibitis effectum est, ut a principe editione altera haec multum differat. Iam singula diligentius persequar.

In *Contexto* operis alia emendata, alia, quae dubia erant, stabilita, multa denique suppleta reperies. Quamquam autem novae hae accessiones necessitatem mihi imposuerunt paragraphorum rationem hic illic mutandi: rem tamen ita expedivi, ut allegationum, quae ad primam editionem conformatae sint, usus non tollatur. Quod, si locos ipsos, ubi aliquid id genus innovandum fuit, adieris, evidentius apparebit. Vide sis in Commentar. I. ad §. 114. not. 27. ad §. 118[a]. not. 9. ad §. 123. not. 45. ad §. 137. not. 85.; in Commentar. II. ad §. 194. not. 7.; in Commentar. III. ad §. 96. not. 14.; in Commentar. IV. ad §. 32. not. 11. ad §. 52. not. 16. ad §. 81. not. 12. ad §. 165. not. 42. ad §. 172. not. 6.

In *Annotationibus superioribus* ea, quae ab hujus editionis instituto aliena videbantur, omisi. Longe plura addidi. Primum enim ubi in contexto aliqua inter utramque editionem est diversitas, indicavi eam, praeterquam si talis sit, quae ex singulis litteris dubiis olim eamque ob causam in prima editione cursivo charactere expressis, nunc vero certis atque exploratis oriatur. Deinde qualem codicis scripturam Bluhmii schedae exhibeant, suo quodque loco significavi, adjunctis etiam conjecturis Bluhmii; quas ubi ipsis codicis ductibus ab eo notatis interposui, auctoris nomen commemorare supervacaneum existi-

mavi[3]. Ductus a Bluhmio e codice transcriptos ne tum quidem neglexi, cum sensus nullus inde elici posse videretur: quod neminem vituperaturum spero, quem, sicut me, usus docuerit, quantam conjectanti vel ejusmodi annotationes utilitatem afferre possint. Mearum vero schedarum scripturam cum Bluhmiana ubique composui. In quo ita versatus sum, ut quoties utramque in unum convenire deprehenderem, vel apertis verbis consensum demonstrarem, quod plerumque faciendum putavi[4], vel mearum schedarum loco, quas in editione prima testes attulissem, nunc ipsum codicem nominarem, quod rarius feci[5]. Sicubi vero utriusque scripturae talem animadverterem differentiam, ut e Bluhmii schedulis nova lectio prodiret, in disponendis ductibus ex meis schedis allegandis eam rationem secutus sum, quae novae lectioni esset accommodatissima[6]. Tantum de Bluhmii schedulis

[3] Velut ad Commentar. IV. §. 51. not. 10. sic scripsi: "Bl.: **ll****** **rmulae* (formulae) | *(vel *t*)*t*(vel ***)*a* (ita) $\overline{c\sim}$***(vel *r* — concipiuntur?) An: ***nam illic ima pars formulae ita concipitur?*** Conf. vers. 6." Hic, quae uncis inclusi, Bluhmii, verba autem ***An*** etc. mea sunt.

[4] Exemplum offert Commentar. II. §. 177. Ibi in contexto legitur CRE*V*ERIS. At schedae meae *crerit* exhibent: quam scripturam habent etiam Bluhmii schedulae. Itaque not. 9. sic scripsi: "Sched. item Bl. *crerit*"

[5] Verbi causa in Commentar. II. §. 112. in contexto posui: de*berent*; cum in schedis meis sit ***debent***. Dubitavi tamen olim, num recte codicis lectionem annotassem; igitur in prima editione not. 11. non dixi, codicem habere ***debent***, sed sic scripsi: "Sched. ***debent***". Nunc vero postquam hoc ***debent*** in Bluhmii quoque schedulis inveni, not. 11. scripsi: "Cod. ***debent***".

[6] Velut in Commentar. I. §. 115b. nunc sic legitur: "|nihilomi-

et quae ad earum causam pertinent. Accesserunt autem aliae praeterea observationes criticae tam meae, quam aliorum. Peculiare incrementum ex notabilioribus lectionibus, quas Collationis codex Vercellensis offert, ceperunt annotationes in principio Commentarii III. positae.

In *inferioribus Annotationibus* ut alios locos complures in prima editione praetermissos, laudavi etiam Servii locum ad Georg. Lib. III. vers. 306.[7], de quo in transcursu verbo dicendum est. Servius sic scribit: ***nam apud majores omne mercimonium in permutatione constabat: quod et Cajus Homerico confirmat exemplo.*** Haec cum ad Gajum nostrum rettulisset Cujacius[8], notatus est a Bertrando, qui Servium de C. Cassio Longino loqui arbitrabatur[9]. At hodie profecto nemo erit, qui Cujacio assentiri dubitet.

nus filiae loco incipit esse. nam si omni|no qualibet ex causa". Haec verba Bluhmio debentur, qui ea ex pag. 30. vers. 12. et 13. eruit. In editione prima ductus tantum, quos ipse ex his versibus in schedas meas rettuleram, indicare potui, quod feci not. 30. et 31.: sed cum sensum divinando non assequerer, continua serie eos exhibui. Nunc vero not. 44. ad Bluhmianae lectionis rationem sic eos disposui: "***//**/*u***///*s*(?) *p*(vel *r*)***** *cc*o*(vel c) ///*c*/*r*(vel *q* pro /*r*)// css*c* nam //(vel *n*) *om*//|*ne* *q*//*//(vel *o* pro //)*bc*/ *(?)/*s* *ca*(?)//*s*(vel *a*)" [His in fine addi debuit *, quod tacite addidi pagina 53, versu 22. Ascripsissem Sic, nisi ex prima editione intellegi posset in secunda erratum esse. Alias illo Sic ita usus sum, ut indicarem non meum typographum peccare, sed priores. Velut ipsa prima pagina, ubi in schedis non est *at*, quomodo scriptum est editione prima et secunda, sed *a*/, hoc exhibui adjecto Sic.]

7 Vid. Commentar. III. §. 141.

8 Observationum Lib. XI. cap. 38.

9 Vid. Bertrandi *Βίοι Νομικῶν*. Lib. I. cap. 5. et cap. 20.

Dixi de Annotationibus tam superioribus, quam inferioribus singillatim. Illud utrisque commune est, quod, quae in fine primae editionis a pag. 354. leguntur, nunc sub ipso contexto suis quaeque locis collocavi, omissis iis, quae minus probabilia mihi viderentur.

Sicut autem in Contexto et in Annotationibus mutavi plurima, ita *Siglarum* quoque *Indicem*, adhibitis imprimis Bluhmii schedulis, sexcentis locis emendavi.

Ceterum *Addendorum* et *Corrigendorum* materia nec in hac editione defuit. Quo pertinent variantes lectiones e Vindobonensi Collationis codice excerptae tardius ad me perlatae, quam ut contexto subjici potuerint; item Fragmentorum Vaticanorum post coeptam novam hanc editionem vulgatorum loci cum Gajo conferendi; et quae sunt id genus alia. Praeterea plagulas, quae e prelo prodierant, perlegenti mihi non pauca se obtulerunt sive typothetae, sive mea culpa minus recte posita. Quare lecturos enixe rogo, ut, antequam ad ipsam libri lectionem accedant, Addenda et Corrigenda in extremo opere collocata adeant. Multa sane ibi, quae leviora videantur, at nonnulla graviora quoque reperient. Vnum folium, pag. 387. 388., tale mihi visum est, ut non sufficeret indicare, quae in eo emendanda essent; hujus igitur novum exemplum faciendum curavi. Quod num recte inseruerit bibliopegus ex eo lectores cognoscent: formula pag. 388. proposita ita comparata esse debet:

QVAE ADVERSVS EDICTVM PRAETORIS INTERDICENTIS NOBIS FACTA ESSENT INVICEM SI NON RESTITVANTVR.

Haec de peculiari novae editionis instituto disserui. Iam quaedam ad utramque editionem spectantia admonenda habeo. Ac primum quidem quod in praefatione primae editionis dixi, in codice initialem cujusque paginae litteram reliquis esse majorem, id ibi significasse satis habui. Itaque sicubi in annotationibus exordium paginae alicujus exhibendum fuit, primam litteram a reliquis plerumque magnitudine non distinxi. Deinde siglis, quae tum in annotationibus, tum in indice siglarum inveniuntur, frequenter in ima litterarum parte puncta adjuncta sunt. Quod codicis scripturae non utique convenit: librarius enim puncta illa fere non in ima, sed in media litterarum parte posuit. Porro numerorum siglas, cum in vulgus notae sint, in indicem siglarum recipere inutile visum. Est tamen de iis quoque dicendum aliquid. In codice enim super plerisque transversa lineola conspicitur. Vnde putet aliquis, numerum, quem ejusmodi sigla ipsa per se significet, propter superadditam lineolam ita multiplicari debere, ut verbi causa, ubi librarius scripserit $\bar{c}$. non *centum* legamus, sed *centum milia*, vel *centies mile*[10]. At hanc interpretationem, quam in aliis membranis adhiberi nihil moror, nostrae recusant: nam omnes fere loci, ubi numeri alicujus nota superimpositam lineolam habere depre-

10 Conf. Putschii Grammaticae Latinae Auctores antiqui. pag. 1686.

henditur, ita comparati sunt, ut sententia numerum milies augeri non sinat. Velut librarius pag. 10. vers. 12. sic scripsit: *q̄ XIIII annos aetatis expleuerit.* Adde ejusd. pag. vers. 14. 15.: *si adhuc minor sit annor' XX*; pag. 95. vers. 17.: *si minor sit ann. XXV*; ejusd. pag. vers. 21.: *majori XXV ann.*; pag. 124. vers. 8.: *minorem annis XXX*. Quae exempla sufficient. Denique in annotationibus ad locos eos, quos, cum in codice ipso plene legi non potuissent, in contexto conjectura fretus integros exhibui, plerumque quidem primum ductus, quos schedae offerrent, indicavi, deinde quae mea de primitiva codicis scriptura opinio esset, subjeci; sed aliquoties ordinem hunc inverti [11]. Quod, quamvis eum, qui attente annotationes inspexerit, fallere non possit, tamen admonendum visum est, ut omnis erroris causa praecidatur.

Vnum illud reliquum est, ut Viros doctos, quorum observationes criticas meis annotationibus intermiscui, omnes nominatim enumerem. Sunt autem hi: b. Andreae, Baumbachius, Bluhmius, Brinkmannus [12], Buttmannus, Caplickius, Cramerus [13], Dirksenius [14], Eulerus, b. Hauboldus [15],

11 Velut in not. 13. 14. 18. 19. ad Commentar. I. §. 22.

12 Conf. Notae subitaneae ad Gaji Institutionum Commentarios. Auctore H. R. Brinkmanno. Slesvici. 1821.

13 Conf. Ed. 1. pag. 367. 368. item Brinkmanni Notae subitaneae.

14 Conf. Dirksenii liber: Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Römischen Rechts. Leipz. 1823. pag. 104. sq.

15 Conf. Ed. 1. pag. 368. item: Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft. Tom. III. pag. 358. sq.

Heisius[16], Hollwegius, Hugo[17], Huschkius, Kellerus, Niebuhrius[18], Sanderus, Savinius[19], Schraderus, Vnterholznerus[20].

Scribebam Gottingae, mense Decembri Anni MDCCCXXIV.

Io. Frid. Lud. Goeschen.

16 Conf. Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. pag. 297. sq.

17 Conf. Ed. I. pag. 368—370. item: Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. pag. 289. sq.

18 Conf. Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. pag. 129. sq.

19 Conf. Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. pag. 129. sq. et pag. 305. sq.

20 Conf. C. A. D. Vnterholzneri Conjecturae de supplendis lacunis, quae in Gaji Institutionum Commentario quarto occurrunt. Wratislav. 1823. item: Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. Tom. V. pag. 26. sq.

PRAEFATIO
CAROLI LACHMANNI.

Cum operam a Göschenio in minoribus Gaii institutionum exemplaribus ornandis poni coeptam absolvendam amicis hortantibus susciperem, cum officio meo conjunctum esse existimavi ut quae tironibus et cursim lecturis suppeditaremus, doctis viris ac studiosis eadem fruenda proponerentur et cumulatiora: quod nisi fieret, ne librarii quidem ejus commodo, qui in hunc librum majores quam alius ullus sumptus impendisset, recte prospici intellegebam; quandoquidem libros eo exemplo factos quod Göschenius anno MDCCCXXIV composuerat, jandudum nullos in tabernis esse compereram. Itaque hac nova editione instituenda nihil aliud egi, nisi ut quidquid boni exemplaria cum brevioribus commentariis edita haberent, in haec majora transferendum curarem, et quaecumque apographis ab amicis nostris in Germaniam perlatis continerentur, eorum nihil quod memoria dignum esset praetermitterem. Nam nisi cum hominibus laboriosissimis in aliquam laboris societatem et quasi concertationem venissem, non satis digne mihi videbar perficiendi eorum studii tueri susceptionem. Ingenio autem cum nullo contendere volui, sed ingeniosorum sollertia sapienter uti; prae-

sertim cum me juris peritia, nisi Rudorffius percontantem comiter, ut solet, docuisset, non satis valere intellegerem. Göscheniana paucissimis exceptis servavi omnia, nec facile quicquam nisi ipso jubente inmutavi. Mea, hoc est quae minoris formae exemplaribus adscripseram, partim reformavi, alia, quae pro non scriptis haberi volo, praeterii. Sunt etiam quae, quia nimis incerta vel audacia viderentur, tacuerim. Ejus modi est quod aliquando suspicatus sum comment. I §. 198 in Veronensi codice non esse, ut Göschenio et Hollwegio visum est, *dari uoluit*, sed *dari solent;* quo admisso magnas difficultates tollemus, praesertim cum Gaium institutiones vel totas vel majore ex parte anno post Christum natum 161 scripsisse constet. Pariter incertum quidem putabam, sed veri simile, comm. II, 11 scribendum esse *uniuersitatis esse intelleguntur*. Sed hoc quidem non facit momentum. Nec commemoratione dignum II, 47 n. 9 scribi posse *ed ilu,* ad similitudinem paragraphi 42; aut III, 141 n. 19 fortasse scribendum esse $\bar{n}$ (non) *recte eam;* item §. 143 *permissu*, ubi in schedis est *pmissu;* denique IV, 128 n. 19 *rursus ea adiectione*. Cognitu utilius est, quod mihi primus observasse videor, Veronensis libri scriptorem ex eo exemplari quod ante oculos habuerit non pauca suscepisse manu parum eleganti, ut videtur, emendatoris non doctissimi adscripta. Hic quae bene et apte correxit, nobis apparere non possunt, nisi cum a librario, imperitissimo homine, perperam intellecta sunt: quod factum

est I, 43 n. 11. 13, ubi perturbata orationis membra in ordinem redigere temptavit; item II, 157 n. 35, ubi addidit quae librarius aliquot vocabulis et syllabis truncata rettulit; item II, 125 n. 22. IV, 43 n. 17. 19, ubi recte adscripsit *testamento heredibus* et *x milia*, quae deinde in alienum locum tralata sunt; III, 221 n. 13, ubi non *Titiae* sed *filiae* scribendum esse monuit. Sed idem corrector aliquotiens vera scriptura interpolanda turpiter peccavit, velut II, 35 n. 14 et III, 85 n. 4 *a* praepositione adicienda, et IV, 167 n. 11 *uel mancipando:* in quo genere gravissima notavi II, 218 n. 10 et IV, 44 n. 26. Sed non magis sincera iudico I, 19 n. 3 *aut paedagogum*, quae delenda esse ex §. 39 intellegi potest: et I, 118 n. 8 deliberandum puto de his verbis, *est nec ob id filiae loco:* neque II, 94 n. 44, ubi est *id nobis adquiritur,* imperiales institutiones probare dubito. Nam cetera, quae observavi, leviora sunt et eis quae proxime commemoravi similia, neque ea rem pervertunt, sed orationem tantum: cujus modi est illud *regula*, de quo dixi I, 43 n. 16; item *id est* I, 39 n. 8, *id est mancipato* II, 160 n. 40, *id est legis actionem facere* IV, 31 n. 3; item II, 163 n. 55 *permissum est,* III, 146 n. 14 *quaeritur,* III, 198 n. 19 *et probatum,* eodem loco n. 29 *q e,* quo mihi videtur notari *quaesitum est:* nam Papias p. 1660 habet *q. e. quaerendum est,* et mensores solent scribere *s̄ q̄,* cum significant *sic quaeramus.*

Scribebam Berolini, d. xxv m. Iunii, a. 1842.

CORRIGENDA.

PAGINA 33, VERSV 8, SCRIBE *redigi*|*tur*
40, 13 IN MARGINE 23, NON 32
50, 9 IN MARGINE DELEATVR 8
76, 9 SCRIBE |§.
136, 17 (*ciuili*) [1]
222, 9 ri*sue*
226, 8 *co*ntra
252, 5 DELEATVR [292]
257, 2 SCR. consecutus
376, 15 mancipio |de*derim*:
426, 2 |meruit, tempore |reatus quocum*que*

IN COMMENTARIIS.

PAG. 29, VERSV 2, SCRIBE *at*. 32, 9 *qsi*) 146, 7 solam
167, 4 ADDE II, 254. 290, 13 pro *ap* 316, 4 hominis
339, 8 *e* (est) *q* (quae). 398, 1 *ou*/*np*(vel *r*)*e*
PAGINA 50, VERSV PAENVLTIMO, SCRIBE pag. 726.

GAII

INSTITVTIONVM

COMMENTARII QVATTVOR.

ARGVMENTORVM SERIES.

COMMENTARIVS I.

COMMENTARIVS II.

COMMENTARIVS III.

COMMENTARIVS IV.

GAII INSTITVTIONVM COMMENTARIVS PRIMVS.

I. **D***e iure gentium et *ciuili.*[1] §. 1. ***Omnes*** I. L.a.

populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quis**|que[2] populus ipse sibi ius constituit, id ipsius |proprium[3] est uocaturque ius ciuile, quasi ius pro|prium ip*sius ciuitatis. quod uero naturalis**[4] ratio inter omnes |homines constituit, id aput omnes populos[5] per|aeque custoditur uocaturque ius gentium, |quasi quo iure omnes[6] gentes utuntur. Populus[7] ita|que Romanus partim suo proprio, partim com|muni omnium hominum iure utitur. quae sin|gula qualia sint, suis locis proponemus.

§. 1. [1] Ductus, quos in paginae principio Sched. exhibent, incerti quidem sunt admodum, videntur tamen hujus rubricae vestigia prodere; sic enim est in Sched.: *I dc* (de) / (iure) o(vel *d*)*tm//(?)c//′* (gentium) *a/* (et) — — [Sic.] [2] Supplevi e Dig. [3] In Dig. additur *civitatis*, quam vocem agnoscunt etiam Inst. [4] E Dig. [5] In Dig. loco *populos* vulgo *homines* legitur: sed Flor. Cod. et Hal. ed. solam vocem *omnes*, sine substantivo, exhibent. In Inst. alii legunt *omnes homines*; alii, ut Cuj. et Hal., *omnes*; alii, ut Bien., *omnes populos*. [6] Ed. 1.: quo omnes; voce *iure* contra Cod. fidem omissa. [7] Inst.: *Et populus.*

§. 1. *Omnes — — — gentes utuntur.* L. 9. de just. et jur. inscripta: Gajus Libro I. Institutionum. §. 1. I. de jur. natur. gent. et civ. *Populus itaque* etc. cit. §. 1. I.

|§. 2. Constant autem iura ex legibus, plebiscitis, C
se|natusconsultis, constitutionibus Princi|pum, edictis
eorum qui ius edicendi habent, res|ponsis prudentium. 16
|§. 3. Lex est, quod populus iubet atque constituit: L
plebis|citum est, quod plebs iubet atque constituit. plebs
autem |a populo eo distat, quod populi appellatione [1]
uni|uersi ciues significantur, connumeratis |*etiam* [2] pa- 20
triciis [3]; plebis autem appellatione sine patri|ciis [4] ce-
teri ciues significantur. Vnde olim pa|tricii dicebant,
plebiscitis se non teneri, quia |sine auctoritate [5] eorum 24
2. L. b. facta essent. sed postea ||lex Hortensia lata est, qua
cautum est, ut plebiscita uniuer|sum populum tenerent.
itaque eo modo legibus exae|quata sunt. §. 4. Sena-
tusconsultum est, quod senatus iubet atque |constituit. 4
idque legis uicem optinet; quam|uis fu*erit* [5a] quaesi-
tum. |§. 5. Constitutio [6] Principis est, quod Imperator C
decreto, |uel edicto, uel epistula constituit. nec um-

§. §. 2—7. [1] Inst.: eo *differt, quo species a genere, nam appellatione* populi. [2] *et.* i. e. etiam; et sic in Inst. legitur. Sched. *et* [3] Inst.: patriciis *et senatoribus.* [4] In Inst. iterum adjicitur *et senatoribus.* [5] Cod. *auctoritatem* [[5a] Sched. et Edd. *fuit* Postea correxit Gösch. ad exemplum comm. II, §. 236, ubi est *quamvis de ea re fuerit quaesitum.* Neque Gaius *quamvis* cum indicativo conjungit. Nam *valent* II, 289, quod habet codex, aperte vitiosum est, cetera exempla valde incerta sunt et nunc partim correcta, III, 114. IV, 73. 172.] [6] Sched. *Stitutio*

§. 2. Conf. §. 3. I. de jur. natur. gent. et civ.

§. 3. *plebs autem — — — ceteri ciues significantur.* §. 4. I. de jur. natur. gent. et civ. conferenda etiam ad reliquum hujus articuli argumentum. Conf. praeterea Gellius, Lib. X. cap. 20. Festus, sub vocib. Populi, Scitum, Scita (pagg. 233b. 330a. 293a Müll.) *plebis autem appellatione — significantur.* Conf. L. 238. pr. de verb. signif. (e Nostri Commentar. ad Leg. XII. Tab.) *Vnde olim patricii* etc. Conf. Theophilus, I, 2, §. 5. Gellius, Lib. XV, cap. 27. Pomponius, L. 2. §. 8. de orig. jur. Plinius, Hist. nat. Lib. XVI, cap. 10.

§. 4. Conf. §. 5. I. de jur. natur. gent. et civ.

quam[7] dubitatum |est, quin id legis uicem optineat[8], cum ipse Imperator |per legem[8a] imperium accipiat.

I |§. 6. Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani. sed am|plissimum ius est in edictis duorum Praetorum, ur|bani et peregrini: quorum in prouinciis iurisdictionem |Praesides earum habent. item in edictis[9] Aedilium |curulium: quorum iurisdictionem in prouinciis populi Romani[10] |Quaestores habent; nam in prouincias Caesaris omnino Quae|stores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his pro|uinciis non pro-

R ponitur. |§. 7. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, |quibus permissum est[11] iura condere. quorum omnium si |in unum sententiae concurrant, id quod ita sentiunt, |legis uicem optinet[12]; si uero dissentiunt, iudi|ci licet, quam uelit[13], sententiam sequi[14]: idque rescripto diui Ha|driani significa*tur*[15].

Bl. Ɔ*titutio* [7] Sched. *n umq* Bl. *n'* (nec) *umq* (umquam). [8] Cod. *optinentur* Puncta super litteris *u* et *r* posita ex librarii more illud significant, delendas esse istas litteras. [[8a] Sched. *lege^c^m*] [9] Sched., utrum Cod. *aedicto,* an *aedictis* exhibeat, in incerto relinquunt; unde in Ed. 1. est *edicto.* At Bl. in Cod. *aedictis* scriptum esse affirmat. [10] *populi Romani.* Ed. 1.: *populi* Sched. *po*⁎ Bl. *p. r̄.* i. e. populi romani. [11] Inst. *erat.* [12] Cod. *optinetur* [13] Cod. *uellit* [14] Cod. *sedq́* [15] Cod. *significant*

§. 5. Conf. Vlpianus, L. 1. pr. et §. 1. de const. Princip. §. 6. I. de jur. natur. gent. et civ. *cum ipse Imperator* etc. Conf. L. 3. C. de testam. (Alexand.) Const. Deo auctore. §. 7.

§. 6. *Ius autem edicendi* — — *Aedilium curulium.* Conf. §. 7. I. de jur. natur. gent. et civ.

§. 7. Conf. §. 8. I. de jur. natur. gent. et civ. in quam ad verbum fere translatum est hujus loci principium: *Responsa* — — *condere.* Conf. praeterea Pomponius, L. 2. §. ult. de orig. jur. Seneca, Epist. 94. pag. Bip. 398. in fine.

II. De iuris diuisione. |§. 8. Omne autem [1] ius, O 24
3. XXVII, b. quo utimur, uel ad personas pertinet, uel ||ad res, uel ad actiones. sed [2] prius uideamus de personis [3].

III. De condicione hominum. [1] |§. 9. Et quidem summa [2] diuisio de iure personarum haec |est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. §. 10. Rur|sus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii liber|tini. 4
§. 11. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini [3], qui ex |iusta seruitute manumissi sunt. §. 12. Rursus libertinorum (*tria sunt genera: nam aut ciues Romani, aut Latini, aut dediticiorum*) [4] |numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius |*de* dediticiis [5]. 8

IIII. De dediticiis uel lege Aelia Sentia. [1] §. 13. Lege itaque Aelia Sentia ca|uetur, ut [2] qui serui a do-

§. 8. [1] *autem* deest in Dig. [2] Inst. *et* Bien. *ac.* [3] Inst.: *de personis* videamus.

§. §. 9—12. [1] Haec rubrica litteris minoribus (quibus etiam in quattuor illis proxime sequentibus rubricis usus est librarius) interiori margini adscripta est. [2] *Et quidem summa.* Dig. et Inst. *Summa itaque.* Bien. vocem *itaque* omisit. [3] Ed. 2: libertini sunt; cujus erroris causas dicere longum est. [4] Post *libertinorum* versum excidisse manifestum est: in quo restituendo imprimis Epit. respexi. [5] Cod. *priu* |*dediticis.*

§. §. 13—15. [1] Cod. //// *dedeticiis* etc. Haec partim supra, partim infra lineam posita sunt. [2] *ut.* Cod. *ū*, et quidem

§. 8. *Omne — — actiones.* L. 1. de stat. hom. inscripta: Gajus Libro I. Institutionum. pr. I. de jur. person. *sed prius* etc. cit. pr. I.

§. 9. L. 3. de stat. hom. inscripta: Gajus Libro I. Institutionum. pr. I. de jur. person. Conf. Epitome, I, 1, pr.

§. 10. Conf. §. ult. I. de jur. person. Epitome, I, 1, pr.

§. 11. Conf. Epitome, I, 1, pr. *Ingenui — nati sunt.* Conf. pr. I. de ingen. *libertini* etc. L. 6. de stat. hom. inscripta: Gajus Libro I. Institutionum. pr. I. de libert.

§. 12. Conf. Epitome, I, 1, pr. Vlpianus, Fragm. I, §. 5. §. ult. I. de libert.

§. 13. Conf. Vlpianus, Fragm. I. §. 11. Theophilus, I, 5. Epitome, I, 1, §. 3. [*cuius condicionis sunt peregrini dediticii.* Conf. Livius, Lib. XXVI, cap. 23 et 34.]

minis poenae nomine uincti sint[3], |quibusue stigmata inscripta sint[4], deue quibus ob noxam |quaestio tormentis habita *sit* et[5] in ea noxa fuisse conui|cti sint[6], quique *ut*[7] ferro aut cum bestiis depugnarent[8] tra|diti sint[9], inue ludum[10] custodiamue coniecti[11] fuerint, |et postea uel ab eo*de*m domino[12] uel ab alio manumissi, eiusdem |condicionis liberi fi*a*nt[13], cuius condicionis sunt |peregrini dediticii. V. De pere*g*ri-

supra lineam. [3] *sint.* Sched. *s* Bl. *s̄* Siglum *s̄.*, quod pro voce *sunt* usurpari constat, an etiam *sint* significet, neque affirmare, neque negare ausim: sed cum recta scribendi ratio conjunctivum exigat, eoque in quibusdam hujus periodi partibus librarius ipse usus sit, ponendum duxi *sint.* [In Addendis hoc solum sibi dubium visum esse scribit, utrum hic librarius hoc loco et p. 13, 17 ea nota conjunctivum significare voluerit: alioquin non ignorare litterae *s* hanc quoque potestatem a Petro Diacono tribui.] [4] *sint.* Sched. *s* Vid. not. praeced. [5] *sit et.* Ed. 1.: sit si Sched. *s̄// c/* Bl. *s̄/t et.* [6] *fuisse conuicti sint.* Sched. *////*sc* (fuisse) *con*//|c//* (conuicti) */ sunt* Bl. in fine lin. 11. agnovit *fuisse conui* [7] *quique ut.* Cod. *q́q̄* (quique) *ā* (aut) Ed. 1.: qui*ue* (*ut*) aut. Iam vero *quique,* licet aptius foret *quiue*, retinendum, sed vocem *aut*, suadente Caplickio, in *ut* mutandam puto. [8] Sched. *depugnar**/ci* Bl. *depugnarent* [9] *sint* ipse Cod. exhibet, ita tamen, ut super littera i adscriptam cernas *u* [10] Cod. *lud̄* Ad vocem *ludus* conf. Caesar, de Bell. civ. Lib. I. cap. 14. Suetonius, in Caesare, cap. 31. [11] Cod. *conlecti* [12] *ab eodem domino.* Cod. *aueindomino* Littera *m*, praeterquam quod punctum superpositum habet, tum etiam transversa lineola inducta est: supra lineam autem positae sunt litterae *b* et *o*, illa quidem inter *a* et *u*, haec vero inter *e* et *m*. Vnde apparet, librarium, cum ante perperam scripsisset *au* pro *ab* et *em* pro *eo*, ipsum deinde correxisse errorem, expellendasque esse *u* et *m*: quo facto, si geminaverimus litteram *d*, nihil impedit, quominus legamus, *ab eodem domino*; quasi ita scriptum esset: *ab eod. domino*; nam *eo domino* non placet, cum praecedat *dominis.* [13] Cod. *fiunt*

nis dediticiis.[14] §. 14. Vocantur autem (*peregrini dediticii*) |hi[15], qui quondam aduersus populum Romanum armis |susceptis[16] pugnauerunt, deinde, *ut* uicti *sunt*, se[16a] dediderunt. §. 15. Huius |ergo turpitudinis seruos quocumque modo et cuiuscumque |aetatis 20
manumissos, etsi pleno iure dominorum fu|erint, numquam aut ciues Romanos, aut Latinos fieri dicemus, sed omni |modo dediticiorum numero constitui[17] intelle|gemus.[18]

§. 16. Si uero in nulla tali turpitudine sit seruus, |manumissum modo ciuem Romanum, modo Latinum 24
4. XXVII. a. fieri dice||mus. §. 17. Nam in cuius personam[1a] tria haec concurrunt, ut ma|ior sit annorum triginta, et ex iure Quiritium do|mini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, |id est, uindicta[1] aut censu aut *testa-* 4

[14] Sched. numeri ad hanc rubricam pertinentis notam *V* non exhibent: quam tamen in Cod. a recentiore manu adscriptam esse testatur Bl. Ceterum pars verborum supra, pars infra lineam collocata est. [[15] Ita Gösch. de usu Gaii a me admonitus. Ed. 1 (*Dediticii*) uocantur autem hi Ed. 2 ex auctoritate Crameri Vocantur autem *sic*] [16] Cod. *ſu|sceptis* et super litteris *sc*, *us* exhibet. Litterae *ſu*, Bluhmio teste, inductae sunt. [[16a] Gösch. edidit *pugnauerunt, et deinde uicti se* contra Cod. fidem, qui habet *pugnauer et uicti ŝ se* ante *et* vocabulo *dd.* (deinde) supra scripto. Itaque ex *deinde et* feci *deinde ut*, et *ŝ* hic similiter ut versu 15 interpretatus sum.] [17] Cod. *ↄstituti*
[18] Sched. *intell/gemus* Bl. *intellegemus*

§. §. 16. 17. [[1a] Sched. *pson* Gösch. dedit *persona.* Accusativus legitur apud Vlpianum tit. XI, 28; l. 17 D. 36, 2; §. 2 Inst. 1, 11 = l. 10 pr. C. 8, 48; ablativus l. 10 D. 19, 1.] [1] Cod.

§. 14. Conf. Theophilus, I, 5. cit. §. 3. Isidorus, Origin. Lib. IX, cap. 4. in fin.
§. 15. Conf. Theophilus, I, 5, §. 4.
§. 17. Conf. Theophilus, I, 5, cit. §. 4. Vlpianus, Fragm. I, §. §. 12. 16. 6. 10. Epitome, I, 1, §. §. 1. 2. §. ult. in fin. I. de libert.

mento[2], is ciuis Romanus fit: sin |uero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

VI. De manumissione uel causae probatione.[1]

Q |§. 18. Quod autem de aetate serui requiritur, lege Aelia Sentia in|troductum est. nam ea lex minores
8 xxx annorum[2] seruos non |aliter uoluit manumissos ciues Romanos fieri, quam si uindi|cta, aput consilium iusta causa manumissionis adprobata, libe|rati fuerint. §. 19. Iusta autem causa manumissionis est ueluti si quis fi|lium filiamue, aut fratrem sororemue natura-
12 lem[2a], aut |alumnum[2b], aut paedagogum[3], aut seruum procuratoris ha|bendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, aput consilium |manumittat. VII. De re-

uincta et supra lineam *dic* [2] Sched. in ipsa linea inductas exhibent litteras *ιοι*, supra lineam autem *//* cum superne interjecta minuscula *o*. Librarius procul dubio scripsit *t°t* i. e. testamento.

§. §. 18—24. [1] Rubrica inter lin. 5. et 6. posita est. [2] Cod. *ann* Cujus compendii duplicem significationem produnt siglarum explanatores: *annorum* et *annis*. Vid. Petrus; Gothofredus pag. 1528.; Putschius pag. 1665.; Probus. Librarius utram potestatem huic notae tribuerit, in ambiguo est. Equidem olim, eum *ann.* pro *annis* posuisse, arbitrabar; unde sic in Ed. 1. legitur. Nunc vero probabilior mihi videtur Crameri sententia, qui, cum in Cod. nostro, quantum ad verbi *anni* cum comparativis *minor* et *major* compositionem attinet, longe frequentior sit secundi casus quam sexti usus, librarium nota *ann.* ubique vocem *annorum* indicare voluisse existimat. [[2a] *naturales* plerique Inst. codices §. 5 qui quib. ex caus. man. n. poss. [2b] *alumnamve*, quod Inst. addunt, Schradero videtur hinc excidisse.] [3] Cod.

§. 18. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 12. Theophilus, I, 5, cit. §. 4. item infra Commentar. II. §. 276. §. 19. Conf. infra §. 39.

cuperatoribus [4]. §. 20. Consilium [5] autem adhibetur in urbe Roma |quidem quinque senatorum et quinque equitum [6] Romanorum pube|rum; in prouinciis autem 16
uiginti recuperatorum ciuium |Romanorum. idque fit ultimo die conuentus: sed |Romae certis diebus apud consilium manumittun|tur. Maiores uero triginta annorum serui [7] semper manu|mitti solent, adeo ut uel 20
in transitu manumittantur, |ueluti cum Praetor aut Proconsule [8] in balneum uel in theatrum [8a] .|eat [9].
§. 21. Praeterea minor triginta annorum seruus manumissione [9a] po|test ciuis Romanus fieri si ab eo domino, qui soluendo |non erat, *testamento* [10] eum libe- 24
5. LXXV. a. b. r. rum et heredem relictum ..... [11] ||———— ———— 1—5

pelagogum [4] Ed. 1.: De .... Bl.: de *recu* .....
.... *tor* [5] Inter *manumittat* et *Consilium* vacuum spatiolum intercedit. Supra lineam autem hanc mihi visus sum conspicere scripturam: *S e id:* incipit illa super prima *t* verbi *manumittat*. Denique rubrica in contexto expressa aeque supra lineam posita est, ita tamen, ut propius accedat ad praecedentem lineam. [6] Cod. *quinqueq̄tum* [7] Inst., verbis *Maiores uero triginta annorum* omissis, sic habent: Servi *autem* (Hal. *uero*) *a dominis*. [8] *Proconsule*. Ita Cod. Conf. Gesneri Thesaur. sub voc. Proconsul. In Inst. apud Cuj. et Hal. ante verba *aut Proconsul,* apud Bien. post ea, additur *aut Praeses*. [[8a] Cod. *teatr'*] [9] Inst. *eant*. Bien. *eat*. [[9a] *manumissione*. Cod. m̄m̄] [10] *testamento*. Sched. // cum minuscula *o*. Conf. ad §. 17. not. 2. [11] [*eum* etc. Pronomine per errorem omisso Gösch. edidit liber et heres relictus sit. si Ego accusativos, quos habet codex, restitui. *relictu* enim potest esse *relictum*.] *Servum liberum et heredem relinquere* eodem, immo meliore jure dicetur, quam quo Gajus noster *servum liberum et heredem instituere* dixit Commentar. II.

§. 20. *Consilium* — — — *ciuium Romanorum* Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 13[a]. Theophilus, I, 6, §. 4. *idque fit* — — *manumittuntur*. Conf. Theophilus loc. cit. *Maiores* etc. §. 2. I. de libert.

§. 21. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 14.

———————— ———————— | ************** spurios *********
********* | ———————— ———————— ————————
8 | — — — — — — — creditor — — sex | ————————
———————— ———————— ———————— | **********************
***** debitoris **** | legis ****************************
12 ******* | — — — — — — — — pecunia — — —
13. 14 | ———————— ———————— ———————— ———————— | ea *
16 traditione ******************************* | mancipa-
17. 18 tionibus ******************************* | ————————
———————— ———————— ———————— | ***** Latinum
20 ******************************* | — — — — — — —
21 — 24 is quia — — — — | ———————— ———————— ———————— 6.
———————— [12] || * §. 22. *manumissi sunt*, Latini *Iu-* LXXV. b. b. r.

§. §. 154. 160. 276. [Ceteris quae in hoc versu supersunt litteris *s//s/* quid faciendum sit non definio: licet temtare *scrip*||*tus heres alius non summoveat.*] [12] Scripturae, quae hac pagina continetur, vestigia Ed. I. nulla exhibet. Quae Bluhmio indagare licuit, haec sunt: (lin. 1.) **ont* (vel *q*) *r* (vel */p* pro *tr*) [Sic] ***** *s//nustalep****mnae***/no***** (lin. 3.) — — — — — — — — — — *o culus* (An Proculus?) — — — (lin. 4.) — — — — — — — — — — */a ste**/a***ento* (lin. 5.) — — — — *snu/x//* — — *ctts* — — — (lin. 6.) *exd***suaenatu* spurios — — — — — — — — (lin. 7.) *sito* — — — — — — — — — — — *etora* (lin. 8.) — — — — — — — — — creditor — — sex (lin. 9.) *pa* — — — — — — — *ed* — *o* — — *s/***fu* (vel *o*) *rn/an* (lin. 10.) — — — *p* (vel *r*) */u/* — — — *tate* debitoris *ctcl* (lin. 11.) *legis* (vel *e*, vel */*) *l/* (vel *ff*, vel *n* pro *l/*) *gnud* (vel *o*) *at tc//pn***ar/* — — — — — — (lin 12.) *fu/er* — — — — — — — — pecunia *n* — *n* — *** (lin. 13.) *sulo* — — / — — — — — *f* — *x/* — — — (lin. 14.) *pareaq**aedamn* (?) *a/ustat/* (vel *f*) *//* (vel *t*) *uv* [Sic] — — — — (lin. 15.) ea *q* traditione *alien*neq* — — *am* (vel *l/*) *u* — — — (lin. 16.) *mancipationib* (vel *s*) — — — *s/o* (vel *q*) *n* (vel *u*) */se/* (vel *t*) *us* — — (lin. 17.) */us* — *du/* — — */em* — *o* — — — — — — — — (lin. 18.) *le* — — — — — — — — — — — — — — (lin. 19.) *natq/* latinum */pa* —

§. 22. Conf. infra Commentar. de jur. specieb. §. 8. et Vlpianus, III. §. 56. item Fragm. veter. ICti Fragm. I, §. 10.

niani dicuntur[13]: Latini id*eo*, |*quia*[14] adsimulati[15] sunt L*atini*s *colon*iar*i*is; I*u*niani[16] ideo[17], |quia per legem Iuniam libertatem acc*eper*unt, cum[18] olim ser|ui 4
uiderentur esse. §. 23. Non *tamen*[19] illis permittit[20] lex Iunia |nec ipsis testamentum facere, nec ex testamento alieno capere, nec tutores |testamento dari.[21] §. 24. Quod autem diximus, ex testamento eos *capere* **non**[22] |posse, i*t*a intelleg*endum est, ut nihil*[23] direc*t*o heredi*t*atis le|gatorumue nomine *eos* 8

— — — — — — — — (lin. 20.) *o* (vel *d*) c (vel *e*) *cup* (vel *f*) *ado* — — — — is quia *ɩu* (vel *uɩ* pro *ɩu*) *sɩn* — — (lin. 21.) *ɩac* — — — — — *prum* — — — — — — — (lin. 22.) *ca* — — — — — — — — — — — — — (lin. 23.) *cemcefor*ɩ*s******off* (vel *t*) *um* — — — — — — — — (lin. 24.) *s* — — — — — — — — — — — — — — — Tantum de scriptura hujus paginae. De argumento tum ex ipsius scripturae reliquiis, tum ex iis conjicere licet, quae proponuntur §. 17. Pertinet eo locus Epit. (I, 1, §. 2.), quem allegavi ad cit. §. 17. Is sic habet: *Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur.* [13] **m̄msi* (manumissi) *s̄* (sunt) *latini iuniani dicuntur.* Sched. **em*ɩɩ** *s la*ɩɩ*****ɩɩɩ**n** *q****ɩ*s****ur* [14] Sched. ɩ*dc** |*n* [Hinc Gösch. edidit ide*o*, *nam* Sed persuasi ei necessario scribendum esse *ideo quia:* nam neque *ideo quoniam,* quod Cramerus volebat, Gaianum est. *Ideo nam* librariorum errore scriptum exstat in l. 3 pr. D. 5, 4.] [15] *adsimulati* Sic in Cod. est, non *adsimilati.* [16] Sched. *s* (sunt) *l* (vel ɩ)*ɩɩɩɩɩ* (latinis) **o*ɩ*c*ɩɩɩ*ap*(?)ɩ*s* (coloniaris) ɩ*o*ɩɩ*an*ɩ (iuniani). [17] [Sched. *ideo** Sed quod Gösch. dedit, ideo *uero*, ferri non posse ipse postmodo concessit.] [18] *acceper̄.* (acceperunt) *c'* (cum). Sched. *a* (vel *s*) ccc**cr* c (vel *q́*) [19] *n̄.* (non) *t̄m.* (tamen). Sched. *n* ɩ*m* [20] Sched. *promittit* [21] Sequitur spatium vacuum. [22] *cape* (capere) *n̄.* (non). Sched. **apc* ** [23] Ed. 1.: ita intelleg*endum*

§. 23. *Non* — — *capere.* Conf. Epitome, I, 1, §. 4. Vlpianus, Fragm. XX, §. 14. XXII, §. 3. XVII, §. 1. XXV, §. 7. Isidorus, Origin. Lib. IX, cap. 4. in fin.

nec tutores etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XI, §. 16.

§. 24. Conf. infra Commentar. II. §. 275. item Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 7.

posse capere dicamus: a|lioquin per fideicommissum capere possunt.

§. 25. Hi uero, |qui dediticiorum numero sunt, nullo m*odo ex testamento* [1] capere |possunt, non magis, quam qui liber peregrinusque **est*. nec ipsi te-
12 *stamentum* [2] fa|cere possunt secundum *quod plerisque*
P *placuit.* [3] |§. 26. Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum nu|mero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione princi|pali aditus illis
16 ad ciuitatem Romanam datur. §. 27. Quin et in |urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae |miliarium morari prohibentur. et **si contra fecerint* * [4] |ipsi bonaque eorum publice uenire iubentur ea con|dicione,

esse uid*etur, ut* (*nihil*) Sched. *ıa intellegeucıccudıı* Quae in Ed. 1. sic explicata dedi, quasi in Cod. scriptum extaret: ita *intellegendū.* (intellegendum) *ēē* (esse) *uid.* (uidetur) *ut* Nunc autem hanc potius Cod. scripturam esse existimo: *ita intellegendū.* *ē.* (est) *ut nihil*

§. §. 25—27. [1] Ed. 1.: mo*do*; non additis verbis *ex testamento,* quae Niebuhrio auctore adjeci. Is in Cod. sic scriptum esse censet: *m̊* (modo) *ex t°t* (testamento). Sched. habent *m..cıı*(?) [2] *ē.* (est) *n'* (nec) *ipri tt* (testamentum). Sched. . *n ıp.ı t.* [3] Sched.: secundum .(?) *q* (vel c) *q..o* (?) *ı pla* (?) *c.ııı* Ductus tales sunt, ut de sententia nihil statuerem, nisi huic loco lucem afferret Commentar. III. §. 75.: ibi enim Gajus primum eos, qui dediticiorum numero sint, testamenti factionem habere negat; deinde haec subjicit: *nam id plerisque placuit.* [4] *si* etc. Spatium hoc, 11 litterarum capax, sic expleo: *si* *ꝯ̄* (contra) *fecerint.*

§. 25. *Hi — capere possunt.* Conf. Epitome, I, 1. §. 4. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 2. *non magis — est.* Conf. Vlpianus loc. cit. *nec — facere possunt.* Conf. infra Commentar. III. §. 75. item Epitome loc. cit. Vlpianus, Fragm. XX, §. 14. *secundum* etc. Conf. cit. §. 75.

§. 26. *Pessima — sunt.* Conf. §. ult. I. de libert. *nec ulla lege* etc. Conf. Epitome, I, 1, cit. §. 4.

§. 27. *Quin — — prohibentur.* Conf. Isidorus, Origin. Lib. IX, cap. 4. in fin.

ut ne in urbe Roma uel intra centesi|mum urbis Romae miliarium seruiant, n*eue* u*m*|q*uam manumittantur*; **et** si *manu*mis*si*[5] fuerint, serui populi Ro|mani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia |conprehensa[6] sunt. 20

|**Quibus modis** Latini[1] a*d* ciuitatem Romanam 24 Q

7. LIV. a. perueni*ant*. ||§. 28. Latini multis modis ad ciuitatem Romanam perue|niunt. §. 29. *Statim*[2] enim ea*dem*[3] lege Aelia Sentia cautum est, ut minores |triginta annorum manumissi **et** Latini facti si uxores |duxerint[4] uel ciues Romanas, uel Latinas coloniarias, **uel ei**|*us*dem[5] condicionis cuius et ipsi essent, idque testa|ti fuerint adhibitis non minus quam septem testibus ciui|bus Romanis puberibus, et filium procreauerint **et**[6] |is filius anniculus *fuerit*, per*mitt*atur *e*is, *si uelint*,[7] |per *e*am legem adire Praetorem uel in prouinciis Praesidem |prouinciae, et adprobare, se *ex* lege Ae**lia Sentia**[8] |uxorem duxisse et ex ea filium 4 8

[5] *neue um|q* (umquam) *m̄m̄tant.* (manumittantur) *et si m̄m̄si* (manumissi). Sched. *n* (vel *//*) *c//c* *u* (vel *o*). (?) | *q* *o***m* (vel *///*) */a***/* ** *si* //**m* (vel //*m** loco //**m*) // [6] *comprehensa.* Ed. 1.: ********** Sched. **pl******* Bl. *c̄phensa*

§. §. 28—35. [1] Sched. — — — — *latini* Lege: *quibus modis* latini. Sav. [2] Sched. *s/a/**** Legendum *statim*. Sav. [3] Sched. *ea* vel *ex* [4] Ne, si ad lin. 8. perveneris, anacoluthi specie decipiaris, sic construe: *ut si minores* triginta annorum manumissi et Latini facti *uxores duxerint*. [5] *ū.* (uel) *ei|usd.* (eiusdem). Sched. ** **| //**d.* [6] *et.* Sched. *? [7] *fuerit perm̄at'* (permittatur) *eis* /*i uelint* (uelint). Sched. // (vel c) *c*ⁿ/*(?) *per//bat' c/s* *r/u/c*(?) // Librarius *m̄m̄ti* scripsit pro *manumitti*: eadem ratione *perm̄at'* scribere potuit pro *permittatur*. [8] *ex lege ā s* (aelia

§. 28. Conf. Epitome, I, 1, §. 4. Vlpianus, Fragm. III, §. 1.
§. 29. Conf. infra §. §. 66. et 73. nec non Commentar. III. §. §. 5. et 73. item Vlpianus, Fragm. III. §. 3.

12 anniculum habe|re: et si is, aput quem causa probata est, id ita esse pronuntia|uerit, tunc et ipse Latinus[9] et uxor eius, si et ipsa eiusdem (*condicionis sit, et ipsorum filius, si et ipse eiusdem*) |condicionis sit[10], ciues Romani esse iubentur. §. 30. Ideo autem |in ipso*rum* *filio* adiecimus[11] si et ipse[12] ei*us*dem[13]
16 condicionis |sit, q*uia*[14] si uxor Latini ciuis Romana **est**[15], qui ex ea nascitur, |ex nouo senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuis Roma-

sentia) *liberor*' (liberorum) *c̄.* (causa). Sched.: *e*. lege *as* ******** Conf. Vlp. verb. *testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa uxorem duxerit.* [Ita Ed. 1 et 2. Postea Gösch. Hollwegio assensus est, cui littera *s* legentium errore in Schedas relata videtur, ut librarius non duabus sed omnibus litteris scripserit *aelia sentia.* Vid. eius Diss. de causae probatione p. 49.] 9 [Hic Ed. 1 et 2 additum (*et filius*)] Haec verba addenda esse, ut ex Vlp., ita ex ipsis quoque iis, quae apud Nostrum sequuntur, apparet. Sav. 10 *ipsa eiusdem condicionis sit.* Sic in Cod. legitur; sed haud scio, an recte. Quae sequuntur suadere videntur, ut legamus: *ipsi* eiusdem condicionis *sint.* [Klenzius temptabat et uxor eius (*et filius*), si et *ipse* etc. Sed Göschenio idem quod mihi verius visum est, unum totum versum excidisse, *condicionis sit et ipsor' filius si et ipse e'dem.* Et haec ipsa, quae recepi, Heffterus habet, nisi quod dedit *et filius eorum.*] 11 in etc. Ed. 1.: ********************** Bl.: in ipso *f*ı (vel *r* pro *f*ı) *n*ı (vel *l*) ı *adiecim*' (adiecimus). Equidem ductibus *f*ı*n*ıı verbum *filio* contineri mihi persuadeo, praetereaque nihil. [Immo plus subesse debet: neque *ipso* intellegere possum. Ergo scripsi *in ipsor*' *filio,* quod Gösch. probabat.] 12 Ed. 1.: ips*a* Cod. *ipse* Quam lectionem olim vitiosam arbitrabar; sed jam in eam adductus sum opinionem, ut mendum potius in extrema §. 29. latere putem. Conf. not. 10. 13 *eid.* vel *e'd.* i. e. eiusdem. Sched. *e*.*d* 14 *quia.* Sched. *q̊*ııı 15 *r.* (ro-

§. 30. Conf. infra §. §. 68. et 80. item Vlpianus, Fragm. III, cit. §. 3.

nus nasci|tur. §. 31. Hoc tamen ius adipiscendae ci-
uitatis Romanae etiamsi *soli*[16] minores *tri*|ginta anno-
rum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia
|habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pe- 20
gaso et Pusione Consuli|bus factum est, *etiam*[17] maio-
ribus triginta annorum manumis|sis Latinis factis con-
cessum est. |§. 32. Ceterum etiamsi[18] an*te deces*- C
serit[19] Latinus, **quam** anni*culi* |*fi*lii[20] causam pro- 24
barit[21], potest mater eius causam probare, et sic et
8. LIV. b. ipsa fi*et*[22] ||ciuis Rom*ana* *****************************
|———— ———— ———— ————[23] |ipse 2. 3. 4
filius c*u*ius[24] ************************ |debet causam
probare, ut ********************** |*****[25] de filio
anniculo ******************* |———— ———— 7—11
———— ———— |illis ******** dominis[26] ***** 12
************** |———— ———— ———— ————[27]
|Quiritium *******************************[28] |cauerit

mana) ē. (est). Sched. *r*** [16] Cod. *socii* [17] *ē*. (est) *ēt*. (etiam). Sched. *e et* [18] *Ceterum* etc. Ed. 1.: ********** si Bl. *Ceter*' (ceterum) *ētsi* (etiamsi) [19] Sched.: *an*/c ****sserit Lege: *ante decesserit*. Sav. [20] *q* (quam) *anniculi* |*fili* (filii). Sched. **annic**** |*p* (vel *r*) /// [21] [Ed. 1 et 2 *probaret*.] Sched. *pbet* Cod., Bluhmio teste, *probet*, adscriptis super syllaba *bet* litteris *ari* [Ergo *probarit*; quod Heffterus reposuit. Ita *mandarit* p. 170, 8. Ad similem formam revocanda sunt p. 179, 23 *colligitaret*, p. 180, 5 *contrectaret*, p. 245, 12 *probaret*. Sed *insuerat* p. 113, 5 ferri non debet.] [22] Sched.: *sie* (sic) et ipsa *f*/c/ (fiet). [23] Lin. 2. et 3. in Sched. ita habent: |*nup*//*n* (vel //) *s* — — — — — — — — — — — — ⌉*ap*/c**u*//*b*// — — — — — — — — — — — [24] *cuius*. Sched. *c**7*us* [25] Sched. *bimus* Hollw. de causae probat. p. 50 *uide*|*bimus* [26] Sched.: illis c(?)*/////c (vel *s*) dominis //*o* [27] Sched.: |*ple*//*cp*********/ (vel *l*) / (vel *l*) co/*cpto*cc — — — — — — [28] Sched.: quiritium c *crun*(?) / (erunt?) c*r* (ciues

§. 31. Conf. Vlpianus, Fragm. III, §. 4.

§. 32. Conf. infra Commentar. III. §. 5.

16 ******************************[29] |*****************
17. 18 in eius loc[30]. ****************** |———— ————
———— ————[31]. |§. 33. aedificio **** non
20 minus quam par*tem* ************[32] |patrimon**ii sui**[33]
impenderit, ius Q**uiritium consequ**|atur[34] **********
22. 23. *************** |———— ———— ————
24 ————[35] |§. 34. frumenti ********* ad[36] ius Quiritium *** ||———— ———— ———— ———— 9. LIII. a.
———— |— — — — *consecutus* — — — — —[37]
|———— ———— ———— ———— |****
16 ******** ius Quiritium fuerit *********[38] |§. 35. **si quis alicuius e*t*[39] in bonis et ex iure Quiritium sit,

romani?) *s* (vel *a*) *ı* (si?) *u* (vel *n*) *x* (vel *a*) *u* (vel *ıı*) c (vel *ı*) — — — — — — [29] Sched.: caderit *uenıu* (vel *o*) *ıniasq* — — — — — — — — —
[30] Sched.: *ııcapcıı*********q* in *e'* (eius) loc [31] Sched. in princip. lin. 17. ductus *cunı* exhibent. [32] Sched.: non minus *q* (quam) *parıe* (partem; nam in Cod., ut opinor, est *partē*) *s* — — — — Equidem litteram *s* ad verbum aliquod partis quantitatem definiens pertinere puto. [33] Sched. *patrimon******* [34] Locus in hunc fere modum restitui posse videtur: *lege Iulia cautum est, ut Latinus si in perficiendo* aedificio *Romae* non minus quam partem s — — — — (Cramerus *semissariam* vel *semisdecimam*, Andreae *sextantariam* conjicit) patrimonii sui impenderit, ius Quiritium consequatur. [35] Sched. versus fin. lin. 23. *n* (vel *ıı*)*usqsm* exhibent. [36] Sched.: frumenti *t* (vel *l*) *r* (vel *p*) *anccp* (vel *r*) *et* [traueeret?] ad [37] *consecutus* Huschkio auctore posui. In Ed. 1. est: cuius Sched. sic habent: — — — — — — *neccuıus m* (vel *ııı*) *ı* — — [militia?] — — — [38] Sched.: fuerit *con* (vel *m* pro *on*) *l* (?) *scc*** (?) In Cod. fortasse est *conſecutu'* (consecutus). [39] Sched. — — — — — *ı* Spatium est 12 fere litterarum: itaque in

§. 33. Conf. Vlpianus, Fragm. III, cit. §. 1. et L. 139. de verb. signif.

§. 34. Conf. Vlpianus, Fragm. III, §. 6. Suetonius, in Claud. cap. 18. 19.

§. 35. Conf. Fragm. veter. ICti de jur. specieb. §. §. 11. 16. Vlpianus, Fragm. I, §. 16. III, §. 4. Epitome, I, 1, §. 4. Tacitus, Annal. Lib. XIII, cap. 27. Plinius, Lib. VII, epist. 16.

manumis|sus ab eodem scilicet et Latinus fieri *potest et*[40] |ius Quiritium consequi[41].

|———— ———— ———— ————[1]

| §. 36. **Non tamen cuicumque uolenti manumittere licet.* §. 37. *Nam is, qui**[2] |in fraudem creditorum uel in fraudem patroni[3] |manumitt*it*[3a], nihil agit quia lex Aelia Sentia inpedit libertatem. §. 38. Item[4] e|adem lege minori xx annorum domino[5] non |aliter manumittere permittitur, quam si uindicta[6] aput con- 20 24

autem) secundum Malui addere *qui* versu 19.] [13] Cod. *nuptae* [[13a] *eo* addidi.] [14] Cod. *his*; aspiratione, ex more librarii, perperam, ut videtur, adjecta: scribendum erat *is* i. e. iis. [Ita versu 24 schedae *ab is*] [15] *uel*. Sched. *//* Bl. *ū*. [16] *sit*. Ita Cod. Bl. Sched. *///* [17] Sched. *a***ocare* Bl. *abocare* [18] Sched. */c////l*(vel *h*)?: qui tamen ductus incerti sunt omnes. [19] *iud.um* i. e. iudicium. Sched. */*(vel *l*)*ud*(?)*u*(vel *//*)*m*(vel *//c*) [20] *eos*. Sched. *e//s*(?) [21] Sched. *c//***nup*(?)*****//*(vel *u* pro *//*)*** [22] Sched. *****////o*(?)*// dcp/c/u*(vel *//*)**//*(vel */*)*//r* (deficiuntur?) *a*(?)*/* (vel *l*)*/q*(?)*o* — — — — [23] Sched.: *q̄q̄* (quamquam?) *no/cu ////**(?)*cu/u/* legitimus *quoq* (? — quoque?) ***cpco/**** (heres sit?). [24] Sched.: ***//up* (An *potioꝶ* i. e. potiores?) *scr/b///* (scribtis?). [25] Sched. *u*****(?)*//aco*(vel *d*)*n***//////**** An: *ūū*. (uelut) *si tt* (testamentum) *ideo non iure?* [26] *aut q*(quod). Sched. *au/*(vel **m* pro *au/*) *q*. [27] Sched. *cun*(?) |*c*(vel *d*)*adona*(vel */*)*t*(?)*/pc****n/h*(vel *m* pro */h*)*crc***//***//* — — — — — |*exco*(vel *u*)*n*(vel */c*) — — — — — — — — — — — — |*ucp/po/n***/***cau***c//***l*(?)*/ac* — — — — —

§. 149. Conf. supra §. §. 119. 120.

12 |possessores tamen res olim **** [28] *************** |* §. 150. lege [29] bona caduca fiunt et ad populum deferri |iubentur, si defuncto nemo **successor extiterit** [30].

P |§. 151. Potest, ut iure facta testamenta **************

16 |* [31] infirme*ntur*. apparet* [32] poss*e* ************** |*** ********** testator ***************** |************** eius *************************** [33] |iurè ciuili ualeat qui *** ************************** |tabulas testam*enti* ****** [34]

20 **************** | [35] ——— ——— ——— ——— [36] |** [37] quidem *** si quis ab i*ntestato* [38]

22—24 bonorum possessionem petieri*t* **** [39] | ——— ——— ——— ——— [40] ||perueniat hereditas. 93. LIX. b.

et hoc ita *re*scripto [41] Imperatoris Antonini |significatur.

| ——— ——— ——— ——— [1]

H 4 |§. 152. Heredes autem aut necessarii [2] dicuntur, aut

[28] [Ed. 1 et 2 *****olim ****] Sched.: *tm* (tamen?) *rca*(vel *a* — res?) olim cc// [29] Sched.: *a* lege In Cod., ut opinor, est *e|a lege*, vel *qu|a lege*. Gajus de lege Iulia caducaria loquitur. [30] Desiderantur litterae circiter 17. [31] Sched. cc//**ncra*****|/ [32] Sched. n̄(vel //) i. e. *non*. Sed locus, ut videtur, potius *a* exigit i. e. *enim*. [33] *posse* etc. Sched.: *poss*(vel c)* (posse) *e*um//lo/*(vel *l*) —— |*//cs/(vel c)**pp/**/* testator **a//c*//u*(vel //)*p////al* (vel /)cr/ — | */d/*//*(vel *l*)*/num* eius *ad/ncr/u*(vel *o*)*/*//n////d*(vel *o*)*/m/o* */////** [34] Sched. *testamc*/** (testamenti) **/u//s* [35] In Cod. novus articulus incipere videtur. [36] Sched. **/d/foc/c*p* —— ——— *pba//o* (probatio?) *d/r*/*** [37] Sched. */ [38] *intestato*. Sched. ////cs/**c [39] Sched. *pet/er/** (petierit) **///* [40] Sched. (lin. 22.) *///cac(vel *s*)*on**** *o*(vel *b*)*crcpe/c///* [exceptione? Vid. §. 120.] ——— —— (lin. 23.) c(vel *o*)*sa* ——————————

[41] Sched. *scripto*

§. §. 152—163. [1] Linea vacua. [2] Sched. *necessar** Bl.

§. 150. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 7. Iulianus, L. 96. §. 1. de legat. I.

§. 152. pr. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6.

sui et ne|cessarii, aut extranei. §. 153. Necessarius heres est seruus |cum libertate[3] heres institutus; ideo sic appellatus, |quia siue uelit, siue nolit, omni modo post mortem |testatoris protinus liber et heres est[4]. §. 154. Vnde qui faculta|tes suas suspectas habet, solet[5] seruum pri|mo, aut secundo, uel[6] etiam ulteriore gradu liberum |et[7] heredem instituere, ut si creditoribus satis |non fiat, potius huius heredis[8], quam ipsius testatoris bo|na ueneant[9], id est, ut ignominia, quae accidit[9a] ex uen|ditione bonorum, hunc potius heredem, quam ipsum te|statorem contingat[10]. quamquam aput Fufidium Sabino pla|ceat, eximendum eum esse ignominia, quia non |suo uitio, sed necessitate iuris bonorum uenditio|nem pateretur: sed alio iure utimur. §. 155. Pro hoc tamen in|commodo illut ei commodum praestatur, ut ea, quae |post mortem patroni[11] sibi adquisierit, siue ante |bonorum uenditionem, siue postea[12], ipsi reseruentur. |et quamuis pro portione[13]

necessari. [3] *cum libertate* in Inst. omissum est. [4] Inst.: liber et *necessarius* heres *fit*. [5] *habet, solet*. Inst: *habent, solent*. [6] Sic etiam in Inst. Bien. Hal. et Cuj. *aut*. [7] *liberum et* in Inst. omissum est. [8] Inst.: *ejus* heredis *bona*. [9] *bona ueneant*. Inst. *a creditoribus possideantur, vel* (Bien.: *et* vel) *distrahantur, vel inter eos dividantur*. [[9a] Sched. et priores Edd. *accedit*] [10] *contingat*. Ita Cod. Bl. Sched. *contineat* [11] Inst.: patroni *sui*. [12] *siue ante* etc. Haec in Inst. non leguntur. [13] Sched. item Bl.: *propter contractione* [Edd. *propter contractionem*] Hoc verbo, si tamen genuinum est, illud significari videtur, hereditatem solvendo non esse. [*Pro portione*

§. 153. §. 1. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 24.

§. 154. *Vnde — — — bona ueneant*. cit. §. 1. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6. *id est, ut ignominia — — contingat*. Conf. Epitome, loc. cit.

§. 155. *Pro — — — reseruentur*. cit. §. 1. I. de hered. qual. et differ. *et quamuis* etc. Conf. cit. §. 1. I.

bona uenierint, |iterum ex hereditaria causa bona eius
24 non uenient [14], nisi |si quit ei ex hereditaria causa
fuerit adquisitum, ||uelut si Latinus [15] adquisierit, lo- 94. LIX. a.
cupletior factus sit: |cum ceterorum hominum, quo-
rum bona uenierint |pro [15a] portione, si quid postea
4 adquirant, etiam saepius |eorum bona ueniri solent [16].
8 |§. 156. Sui autem *et* [17] necessarii heredes sunt uelut
filius |filiaue [18], nepos neptisue ex filio, deinceps ce-
teri [19], qui |modo in potestate morientis fuerunt [20].
8 sed uti [21] ne|pos neptisue suus heres sit [22], non suffi-
cit, eum [23] in po|testate aui mortis tempore fuisse,
sed opus est, ut |pater quoque [24] eius, uiuo patre suo,
desierit suus |heres esse, aut morte interceptus, aut
12 qualibet [25] ratione |liberatus potestate: tum [26] enim
nepos neptisue in |locum sui patris [27] succedunt [28].

scribendum esse e proximis apparet. Conf. §. 210 n. 3. Neque hoc ego primus dico, sed ita Heis. Edit. pr. pag. 359.] [14] *uenient.* Sic. [15] Cod. *si latinus* Sed legendum: si (*ex eo, quod*) Latinus, Sav. [Ita Ed. 1 et 2. Mihi una conjunctione duae quasi includi videntur, ita, *velut* (*si*), *si Latinus adquisierit, locupletior factus sit.* Similiter §. 235 *sed et* (*si*), *si heres monumentum sibi non fecerit, decem Titio dari jusserit.* Idem Gaius l. 73 pr. D. 35, 2 *qua de causa* (*si*), *siquis centum in bonis habuerit, tota ea legaverit.*] [[15a] Edd. uenierint, pro (*residua*)] [16] *bona* etc. Cod.: |*eorum* bona *uenieri solent.* [Ed. 1 et 2, *eorum* omisso, habent *soleant.* De hoc dixi ad §. 60 n. 13a.] [17] Cod. *ut* [18] Inst. *filia* [19] *deinceps ceteri.* Cod.: deinceps *ceri* Inst.: *et* deinceps ceteri *liberi.* [20] Inst. *fuerint.* [21] *sed uti.* Ed. 1.: *set ut* Sched. *uuti* Bl.: s (vel // — sed) uti Inst.: sed *ut* [22] *suus* etc. Cod.: *suos heß* sit Inst. *sui heredes sint.* [23] [Ed. 1 et 2 eum (*eamue*)] Ex Inst. [24] *quoque* deest in Inst. [25] Inst.: qualibet *alia.* [26] Inst. *tunc.* [27] Inst.: *patris* sui. [28] Inst.

§. 156. §. 2. I. de hered. qual. et differ. Conf. infra Commentar. III. §. 2. *Sui* — — *fuerunt.* Conf. Epitome, II, 3, cit. §. 6. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 24.

§. 157. Sed sui quidem he|redes ideo appellantur, quia domestici [29] heredes |sunt, et uiuo quoque parente [30] quodam*m*modo [31] domini |existimantur: unde etiam si 16
quis intestatus mor|tuus sit [32], prima causa est in successio|ne liberorum. necessarii uero ideo dicuntur, quia |omni modo, (*siue*) [33] uelint, (*si*)ue [34] (*nolint, tam*) [35] ab intestato, quam ex testamento [35a] here|des fiunt. 20
§. 158. Sed his Praetor permittit [36], abstinere se ab heredi*tate* [37], |ut potius parentis bona ueneant [38]. |§. 159. Idem iuris est et (*in*) uxoris persona, quae 1
in manu est, quia fili|ae loco est; et in nurus, quae in manu filii est, quia ne|ptis loco est. §. 160. Quin 24
95. XIX.a. etiam [39] similiter abstinendi pot*est*||atem [39a] facit Praetor etiam [mancipato, id est,] ei, qui in causa man|cipii est [40], cum liber et heres institutus sit; cum necessari|us, non etiam suus heres sit, tamquam ser-

succedit. [29] Cod. *domnestici* [30] Inst. *patre.* [31] Cod. *qadmodo* [32] *unde* etc. Cod.: unde etiam si quis intestatus mor |*si quis intestatus*' tus sit [33. 34. 35] Ex Inst. [[35a] Sched. *testatm̊*] [36] Inst.: permittit *volentibus.* [37] Cod. *b̄di* i. e. *heredi.* [38] Inst.: ut potius parentis, *quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.* [39] Cod.: quin *etiam* Abundat tamen hoc *etiam*; vid. vers. seq. [Non fuit inducendum *etiam*, quod Böck. recte restituit. Vid. Handius in Tursell. II, p. 549.] [[39a] Cod. *p't*||*āt*. id est *post autem*] [40] *etiam* etc. Sched.: etiam *ei qui in caus'a id ē* (est) *mancipato mā|cipi* (mancipii) *e* (est) Scribendum duxi: etiam *mancipato, id est,* ei, qui in causa mancipii est. Mavult tamen Sav.: etiam ei, qui in causa *mancipii est,* id est, mancipato. [Assentior Klenzio delenti illa verba *id ē mancipato*, quae ipso loco suo suspecta fiunt.

§. 157. cit. §. 2. I. de hered. qual. et differ.

§. 158. cit. §. 2. I. de hered. qual. et differ. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 24.

§. 159. Conf. infra Commentar. III. §. 3. et supra huj. Commentar. §. 139.

§. 160. Conf. supra Commentar. I. §. §. 123. et 138.

C uus. |§. 161. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei |heredes appellantur. itaque liberi quoque nostri, |qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti |sicut [41] extranei [42] uidentur. qua de causa et qui a matre |heredes [43] instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae |liberos in potestate [44] non habent. serui quoque, qui [45] |liberi et heredes instituti sunt et [46] postea a domino manu|missi, eodem numero habentur [47]. §. 162. Extraneis autem |heredibus deliberandi potestas data [48] est de adeun|da hereditate, uel non adeunda. §. 163. Sed siue is, cui apstinen|di potestas est, inmiscuerit [48a] se bonis hereditariis [49], |siue is [50], cui [51] de adeunda (*hereditate*) [52] deliberare licet, adierit, |postea relinquendae hereditatis facultatem non ha|bet, nisi si [53] minor sit annorum xxv [54]. nam huius aetatis |hominibus [55], sicut in ceteris omnibus |causis

Conf. III, 167 n. 11.] [41] *sicut* deest in Inst. [Infra §. 212 *proinde videtur ac si relicta esset.*] [42] Inst.: extranei *heredes.* [43] Inst.: *heredes* a matre. [Duo apud Schrad. codices cum Gaio consentiunt.] [44] Inst.: *in potestate* liberos. [Tres codices contra.] [45] Cod.: qui *cum* [*Cum* si servare velimus, scribendum erit qui *cum libertate* heredes] [46] *sunt et.* Sched.: *s* et Bl.: *s̄* et [47] *serui quoque* etc. Inst.: *servus quoque heres* [Tres *liber et heres* vel similiter] *a domino institutus* et *post testamentum factum ab eo manumissus* eodem numero *habetur.* [48] *data* deest in Inst. [[48a] Cod. *inmisuerit*] . [49] [Cod. *hereditarii*] Inst. *hereditatis.* [Sed tres codd. *hereditariis.*] [50] Inst. *extraneus.* [51] Cod. *ui* pro *cui.* [52] Ex Inst. [53] *si* deest in Inst. [54] *annorum xxv.* Ed. 1.: annis xxv. Cod. *ann. xxu* Conf. ad Commentar. I. §. 18. not. 2. In Inst. sic legitur: *viginti quinque annis.* [vel *annis viginti quinque.*] [55] *hominibus.* In Sched. sequitur *pmissum ē.* (permissum est):

§. 161. §. 3. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, cit. §. 6. §.§. 162. 163. §. 5. I. de hered. qual. et differ.

deceptis, ita etiam[56] si temere damnosam[57] |heredi- 20
tatem susceperint, Praetor succurrit. scio quidem[58], |diuum Hadrianum etiam maiori xxv annorum[59] ue|niam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes |alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, |apparuisset[60]. 24

96. XIX. b. ||§. 164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id E est, finis de|liberandi, ut intra certum tempus uel adeant |hereditatem, uel si non adeant, temporis fine[1] summo|ueantur. ideo autem cretio appellata est, quia cer- 4 |nere est quasi decernere et constituere. §. 165. Cum ergo |ita scribtum sit: HERES TITIVS ESTO, adicere debemus: |CERNITOQVE IN CENTVM DIEBVS[2] PROXVMIS, QVIBVS SCI|ES[3] POTERISQVE. QVOD- 8 NI[4] ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. §. 166. Et |qui ita heres institutus est, si uelit heres esse, debebit in|tra diem cretionis cernere, id est, haec uerba di|cere: QVOD[5] ME PVBLIVS MAEVIVS TESTA-

quod omisi propter vers. 20. [Et omittunt Inst.] [56] Inst. *et*. [57] Cod. *damnosan* [58] *scio quidem*. Ita Cod. Bl. Sched.: *scio* quidem Inst.: *sciendum est tamen* (Bien.: *tamen* est). [59] *annorum*. Ed. 1.: annis; et sic in Inst. quoque legitur. Cod. *ann*. Conf. not. 54. [60] Inst. *emersisset*.

§.§. 164—173. [1] Cod. *fines*; non, ut in annotationibus 1. Ed. significatur, *finem*. [2] Vlp.: *diebus* centum. [3] Vlp. *scieris*. [4] *Quodni*. Ita Cod. In Ed. 1. errore lapsus posui: QVODSI NON Conf. infra §. 174. Vlp. pro *quodni* habet *nisi*. [5] *quod*. Sched. *q* Bl. *q* Ap. Vlp. vulgo *cum*, in Cod. Vatic. autem *cum id* legitur. [6] *me* etc. Vlp.: *me Maevius* (Cod.

§. 164. Conf. Isidorus, Origin. Lib. V, cap. 24. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 27.

§. 165. *CERNITOQVE — — ESTO*. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 27. Conf. infra §.§. 171. et 174. item Cicero, de Orat. Lib. I, cap. 22.

§. 166. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §.§. 25. 28. 26. *QVOD — — CERNOQVE*. Idem, eod. cit. §. 28. *pro herede gerat* etc. · Conf. §. 7. I. de hered. qual. et differ.

12 MENTO SVO HEREDEM[6] INSTITVIT[7], EAM[8] |HE-
REDITATEM ADEO CERNOQVE. Quodsi ita non cre-
uerit, finito |tempore cretionis excluditur: nec quic-
quam proficit[9] |si pro herede gerat, id est, si rebus
16 A hereditariis tamquam |heres utatur. |§. 167. At is, qui
sine cretione heres institutus[9a] sit[10], aut qui ab in|te-
stato legitimo iure ad hereditatem uocatur, potest aut
|cernendo, aut pro herede gerendo, uel etiam nu|da
uoluntate suscipiendae hereditatis heres fieri: eique li-
20 |berum est, quocumque tempore uoluerit, adire here-
dita|tem. (*sed*) solet[10a] Praetor postulantibus heredi-
tariis cre|ditoribus tempus constituere, intra quod si
uel|it adeat[11] hereditatem: si minus, ut liceat credito-
24 ribus |bona defuncti uendere. §. 168. Si qui[12] autem
cum[13] cretione ||heres institutus est, (*sicut*)[14] nisi 97. VI.b.

Vatic. pro *me Maevius* exhibet *mediuſ) heredem*. [Scripsi *Maeuius. titius*, quod nomen in codice est, ferri non potest: nam modo in hac ipsa re ita dicebatur heres, neque hic fictus Titius umquam Publius praenominatur.] [7] Sic in Cod. Vatic. ap. Vlp. quoque legitur; editi tamen libri fere omnes habent *instituerit*. [8] *eam*. Ita Cod. Bl. Sched. *ea*. [9] *nec* etc. Sched. *ncc qu/ce*(vel *h*). *p*(vel *r*)*f/* Bl.: *nec quicq* (quicquam) *pficit* (proficit). [[9a] Sched. *institus*] [10] *sit*. Ita Sched. et Bl.: In Ed. 1. scripsi: *est* [[10a] Ita Hefft. Edd. solet (*tamen*)] [11] Cod. *uelint ndeant* Malim *uelit adeat*. Huschk. [Hoc recepi.] [12] Cod. *qui* {Ed. 1 quis, Ed. 2 quis Malim tamen Sicut autem — institutus, nisi — ut deleatur *est*, quod in codice scribitur *e*] [13] *cum*. Ita Cod. Ed. 1. scriptura, quae voculam *cum* currentibus litteris exhibet uncisque inclusam, ex errore profecta est. [14] Vocem *sicut*, quae in Ed. 1. non legitur, librarii incuria excidisse, certo argumento est sequens particula *ita*. Huschk. Similiter Vlp. loco hic inferius allegato: Cum cretione heres in-

§. 167. *At* ——— *heres fieri*. Conf. cit. §. 7. I. de hered. qual. et differ. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 25.

§. 168. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 30.

creuerit hereditatem, non fit heres; ita[15] |non aliter excluditur, quam si non creuerit intra |id tempus, quo cretio finita *sit*[16]. itaque licet ante diem |cretionis 4
constituerit, hereditatem non adire, tamen pae|nitentia actus, superante die cretionis, cernen|do heres esse potest. §. 169. At hic, qui sine cretione heres insti|tutus est, quique[16a] ab intestato per legem uocatur, sicut |uoluntate nuda heres fit, ita et contraria destina|tione 8
statim ab hereditate repellitur. |§. 170. Omnis autem 0
cretio certo tempore constringitur. |in quam rem tolerabile tempus uisum est cen|tum dierum. potest ta- 12
men nihilominus iure ciui|li aut longius, aut breuius tempus dari: longius ta|men interdum Praetor coartat. §. 171. Et quamuis omnis cretio[17] |certis diebus constringatur, tamen alia cretio |uulgaris uocatur, alia 16
certorum dierum: uulga|ris illa, quam supra exposuimus, id est, in qua dicuntur haec |uerba: QVIBVS SCIET[18] POTERITQVE; certorum dierum, in |qua, detractis his uerbis, cetera scribuntur. §. 172. Quarum cre|tionum magna differentia est. nam uulgari cretione 20
|data, nulli dies conputantur, nisi quibus scierit quis|que, se heredem esse institutum, et possit cernere. cer|torum uero dierum cretio*ne*[19] data, etiam nescien-

stitutus, *sicut* cernendo fit heres, *ita* etc. Quin similiter ipse Gajus loquitur infra §. 169. [15] *ita.* Sic legendum esse pridem conjecit Hugo, cujus conjecturam cum Cod. scriptura convenire testatur Bl. In Ed. 1. legitur: nam Sched. *na* exhibent. [16] Sched. item Bl. *si* Ed. 1.: *est.* [[16a] Rectius *quive*] [17] Cod. *ceretio* [18] Cod. *siet* [19] Cod. *cretio* [20] Cod.

§. 169. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 29. cit. §. 7. I. de hered. qual. et differ.

§. 170. *aut breuius tempus dari.* Conf. Cicero, ad Attic. Lib. XIII, epist. 46.

§. 171. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 31. *quam supra exposuimus.* Vid. §. 165.

§. 172. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 32.

24 |ti[20] se heredem institutum esse numerantur dies con-||tinui[21]: item ei quoque, qui aliqua ex causa cernere prohibe|tur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institu|tus[22] est, tempus numeratur. unde melius 98. VI. a.
4 et aptius est, uul|gari cretione uti. §. 173. Continua haec cretio uocatur, qui|a continui dies numerantur. sed quia tamen[23] dura est haec cre|tio, altera in usu[24] habetur; unde etiam uulgaris dicta |est[25].
8 De substitutionibus[1]. §. 174. Interdum |duos pluresue gradus heredum facimus, hoc[2] modo: |LVCIVS TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS (*CENTVM*)[3] PROXIMIS, QVIBVS SCI|ES[4] POTERISQVE. QVODNI ITA[5] CREVERIS, EXHERES ESTO. TVM[6] MAEVI|VS HERES ESTO, CERNITOQVE IN
12 DIEBVS CENTVM et reliqua[7]. et de|inceps in quantum uelimus, substituere possumus. |§. 175. Et liceb

nescien|te [21] *dies continui.* Sched. *die* ||*tinu* Bl.: *dies co*||*tinui* [22] Cod. *ins*|*titu*|*tus* [23] *tamen*. Sched. *tm*. Bl. *tm* [*Tamen* non intellego: sententiae convenit *tam*. Infra §. 243 n. 34 codex habet *tamen* pro *tam*.] [24] [Sched. *alteraminus* Gösch. egregie correxit, nisi quod frustra addidit *mg*. (magis), altera *magis* in usu] [25] Sequitur spatium vacuum.

§.§. 174—178. [1] Cod. *substitionibus in* [2] Cod. *ho* [3] Conf. vers. 11. [Ex eo versu non apparet quo loco numerus ponendus sit. Supra §. 165 in *centum* diebus proxumis.] Apud Vlp. *centum* post *proximis* collocatum est. [4] In hac formula *scies* etiam ap. Vlp. tam in Vatic. Cod., quam in novissima Fragmentorum editione legitur. Reliqui editi libri *scieris* exhibent. [5] *poterisque. quodni ita.* Vlpiani Cod. Vatic.: *poterisque Ita*; editi libri: poterisque *nisi* ita. [6] Vlp. *tunc.* [7] *in* etc.

§. 173. *Continua haec cretio uocatur.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §.§. 31. 32.

§. 174. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 33. pr. I. de vulg. substit. Epitome, II, 4. §. 1. *TITIV — — — et reliqua.* Vlpianus loc. cit.

§. 175. Conf. §. 1. I. de vulg. substit.

nobis uel unum in unius [8] locum substitue|re, pluresue; et contra in plurium locum uel unum, |uel plures substituere. §. 176. Primo itaque gradu scrib|tus heres hereditatem cernendo fit heres, et substi|tutus excluditur: non cernendo summouetur etiam|si pro herede gerat, et in locum eius substitutus suc|cedit. et deinceps si plures gradus sint, in singulis si|mili ratione idem contingit. §. 177. Set si cretio sine ex|heredatione sit data, id est, *in* haec uerba [8a]: SI NON CREVERIS [9], |TVM PVBLIVS MAEVIVS [10] HERES ESTO, illut diuersum inuenitur, [10a] quia|a si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutus |in partem admittitur, et fiunt ambo aequis partibus ||heredes. *quodsi* [11]

99. XII. a.

neque cernat, neque pro herede gerat, |sane in uniuersum [12] summouetur, et substitutus |in totam hereditatem succedit. |§. 178. Sed dudum quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo |heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesse|rit, non tamen admitti substitutum: cum uero cretio |finita sit, tum pro herede gerentem admit*tere* substi|tut*um*. *olim* [13] uero placuit, etiam superante cre|tione, posse eum [14] pro herede

Vlp.: in *diebus et* reliqua. [numero inepte omisso.] [8] *in unius.* Cod. *ınıunıus* [[8a] Ita Hefft. Cod. *si hec* uerba Ed. 1 et 2 si haec uerba (*adiecta sint*)] [9] Sched. item Bl. *crerit* Vlp. *creveris.* [10] *tum* etc. Vlp. Cod. Vatic. *tunc mediuſ*; editi libri *tunc Maevius.* [[10a] Ed. 1 et 2 inuenitur: Dixi ad I, 103 n. 20.] [11] *qsi.* Sched. **si* [12] Sched. *uniuerso* At p. 155, 21 Cod. habet: in *uniuersum* ualere. [13] *gerentem* etc. Sched. *gerente* (pro *gerentē.* i. e. gerentem) *admı/ıe*(vel *ı*)*r**(?— admittere) **ubʳti|tut***(substitutum) ****///*(olim). [14] Haud scio, an delenda sit vox *posse.* [Fortasse *priorem.*]

§. 177. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 34. SI — ESTO. Idem, eod.

§. 178. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 34. [?]

gerendo in partem sub|stitutum admittere, et amplius ad cretionem re|uerti non posse.

|§. 179. Liberis nostris [1] inpuberibus, quos in potestate ha|bemus [2], non solum ita, ut supra diximus, substituere |possumus [3], id est, ut *si* heredes [4] non extiterint, alius no|bis heres sit [5]; sed eo amplius, ut etiam si [6] heredes no|bis [7] extiterint, et adhuc inpuberes mortui fue|rint, sit iis aliquis heres. uelut [8] hoc modo: TITIVS FILIVS |MEVS MIHI HERES [9] ESTO. SI FILIVS MEVS MIHI (*HERES NON ERIT, SIVE HERES*) ERIT [10] ET |*PRIVS* [11] MORIATVR, QVAM IN SVAM TVTELAM VE|NERIT [12], SEIVS HERES ESTO. §. 180. Quo casu si quid*em* |non extiterit heres filius [13], substitutus patri [14] fit |heres: *si uero* [15] heres extiterit [16] filius, et ante pu|bertatem decesserit, ipsi filio fit heres substi|tutus. quamobrem duo quodammodo sunt testamenta: ||a*li*ud patris; aliud [17] filii, tamquam si ipse filius sibi here|dem instituisset. aut 100. XII. b.

§.§. 179—184. [1] Inst. *suis.* [2] Inst. *quis habet.* [3] Cod. *possim'* i. e. possimus. Inst. *potest.* [4] Inst.: heredes *ei.* [*ei* omittunt tres apud Schrad. codices.] [5] Inst.: alius *sit ei* (Bien.: *ei* sit) heres. [6] Inst. ed. Cuj.: ut *et* si; Hal. et Bien. *ut si.* [7] Inst. *ei.* [8] Inst.: veluti *si quis dicat.* [9] Inst.: *heres* mihi. [Sed multi codices cum Gaio consentiunt.] [10] [Ita Gösch. in Addendis edit. 2., cum antea omisisset *non erit siue heres.*] Inst.: si filius meus *heres* mihi [vel *mihi heres*] *non erit, sive* heres erit. [11] Ex Inst. [12] Inst.: venerit, *tunc.* [13] Inst.: filius, *tunc.* [14] Inst. *patri.* [Cod., item Ed. 1 et 2, *patris,* quod Latinum esse non credo.] [15] Ex Inst. [16] Inst.: *extiterit* heres. [17] Inst.: *alterum* patris, *alterum.* [*aliud*-*aliud*

§. 179. pr. I. de pupill. substit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 7. Epitome, II, 4, §. 2.

§. 180. *Quo* — — — *substitutus.* cit. pr. I. de pupill. substit. *duo quodammodo sunt testamenta* etc. §. 2. I. eod.

certe unum est testamen|tum duarum hereditatum [18]. §. 181. Ceterum ne post obi|tum parentis periculo in-sidiarum subiectus [19] uide|atur pupillus, in usu est, uulgarem quidem substitu|tionem palam facere, id est, eo loco, quo pupillum he|redem instituimus: (*nam*) uulgaris substitutio ita uocat |ad hereditatem substitutum, si omnino [20] pupillus heres non |extiterit; quod accidit cum uiuo parente moritur, |quo casu nullum substituti maleficium suspica|ri possumus, cum scilicet [21] uiuo testatore omni|a, quae in testamento scribta sint, ignorentur. il|lam [22] autem substitutionem, per quam etiamsi [23] heres ex|titerit pupillus, et intra pubertatem decesserit, |substitutum uocamus [24], separatim in inferioribus |tabulis scribimus, easque tabulas proprio lino, propri|aque cera consignamus, et in prioribus tabulis caue|mus [25], ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc in|pubere aperiantur. set longe *t*utius [26] est, utrumque |genus substitutionis separatim in infe-riori|bus tabulis consignari, quod, si *i*ta [27] consignatae uel se|paratae fuerint substitutione*s* [28], ut diximus,

unus apud Schraderum codex.] [18] Inst.: unum est testamentum (Hal. et Cuj.: *testamentum* est) *duarum causarum, id est,* duarum hereditatum. [19] Sched. *subietur* [20] Sched. *q(?)u***(?)no* Lege *omnino*. Sav. Sic in Cod. scriptum repperit Bl. [21] Cod.: scilicet *et* [22] Cod.: ignorentur *at il|la* [23] Cod. *si etiam* Inst. ed. Cuj. et Bien. *etsi*; Hal. *si*. [*etiam si* unus codex. Non absurdum fuerit *si et*.] [24] Inst. *substitutus vocatur*. [25] *in inferioribus* etc. Inst.: in inferioribus *partibus scribere, eamque partem* proprio l. p. c. *consignare*, et in *priore parte testamenti cavere debet*. [Sed *debet* codex nullus hoc loco.] [26] Cod. *utius* [27] *quod si ita*. Sched. item

§. 181. Conf. Epitome, II, 4, cit. §. 2. *Ceterum — — — instituimus*. Conf. §. 3. I. de pupill. substit. *nam uulgaris substitutio — — — ignorentur*. Conf. Theophilus, ad cit. §. 3. I. *illam autem — — — aperiantur*. cit. §. 3. I.

ex[29] pri|ore potest intellegi in altera quoque idem[30]
24 esse |substitutus[31]. ||§. 182. Non solum autem here- 101. XXII. a.
dibus institutis inpuberibus |liberis ita substituere pos-
sumus[32], ut si ante[33] puberta|tem mortui fuerint, sit
4 is heres, quem nos uoluerimus[34], |sed etiam exhere-
datis[35]. itaque eo casu si quid pu|pillo ex hereditati-
bus, legatisue, aut donationi|bus propinquorum[36] ad-
quisitum fuerit, id omne a*d*[37] |substitutum pertinet[38].
8 Q |§. 183. Quaecumque diximus de substitutione inpube-
rum |libe*ro*rum[39] uel heredum institutorum, uel exhe-
redatorum, eadem |etiam de postumis intellegemus[40].
§. 184. Extraneo uero[41] heredi |instituto ita substi-
12 tuere non possumus[42], ut si heres |extiterit et intra
aliquod tempus decesserit, ali|us ei heres sit[43]: sed

Bl. *q̄s/ta* [28] Cod. *substitutione* [29] Cod. *et* [30] *in altera* etc. Sched.: in altera *alter*.*q*(?).*dem* Bl.: in altera *alter* *q̄q̄ idem* Vitiosa haec Cod. scriptura ita emendanda videtur, ut, deleta voce *alter*, *idem* mutemus in *eundem*. Verbum *quoque* a librario per siglam *q̄q̄* expressum deest in Ed. 1. [31] Sched. item Bl. *substitutus* [Ed. 1 et 2 substitutu*m*, et paulo ante *eundem*. Sed in Add. ed. 2 Gösch. nominativos reducendos esse monuit.] [32] Cod. *p'simus* i. e. possimus. Inst. *parentes possunt*. [33] Inst.: ut si (Bien. *etsi*) *heredes eis extiterint, et* ante. [34] Inst.: sit *eis heres* is, quem *ipsi voluerint* (Bien.: *voluerint* ipsi). [35] Cod. *exhered/tat/s* [36] Inst.: propinquorum *atque amicorum*. [37] Cod. *ab* [38] *pertinet*. Sic etiam in Inst. Bien. [Ita aliquot codices: plerique *pertineat*.] Hal. et Cuj. *pertinebit* [39] Cod. *liberum* [40] Inst. *intellegimus*. [Tempus futurum, quod solum Gaii consuetudini convenit, habent duo apud Schraderum codices.] [41] In Inst. additur: *vel filio puberi*. [42] *non possumus*. Inst. *nemo potest*. [43] Inst.: *sit*

§. 182. §. 4. I. de pupill. substit. Conf. Vlpian., Fragm. XXIII, §. 8.

§. 183. cit. §. 4. I. de pupill. substit. [Conf. Cicero, de Orat. Lib. I, cap. 39. et II, cap. 32.]

§. 184. §. 9. I. de pupill. substit. Conf. Epitome, II, 4, §. 3. item infra §. 277. *suo loco tractemus*. Vid. infra §. 248. sq.

hoc solum nobis[44] **permissum est, ut eum |per fidei-commissum obligemus**[45], **ut hereditatem nostram uel totam, |uel (*pro*) parte restituat**[46]; **quod ius quale sit, suo loco trademus.**

|§. 185. Sicut autem **liberi homines, ita et**[1] **serui tam nostri, |quam alieni heredes scribi possunt.** §. 186. ***Sed***[2] **noster seruus |simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo:** STICVS |SERVVS MEVS LIBER HERESQVE ESTO[2a], **uel:** HERES LIBERQVE |ESTO[3]. §. 187. Nam si sine **libertate heres institutus sit, etiam|si postea manumissus fuerit a domino, heres esse |non potest, quia institutio in persona eius non con|stitit**[4]: **ideoque licet alienatus sit, non**

heres. 44 *nobis* in Inst. non legitur. 45 Inst. *testator obliget.* 46 *ut* (*alii*) etc. Cod. pro *nostram* exhibet *nostrum* Praeterea in Cod. excidisse mihi videntur voces *alii* et *ex*; quas in contexto supplevi. Conf. infra §.§. 273. et 277. [*Alii* delevi, quod omisit Gaius §. 259.] In Ed. 1., Institutionum scripturam secutus, *pro* posui, ubi nunc legitur *ex*. At Brinkm. respiciens ad Gaji locos modo citatos recte monuit, si quis ante vocem *parte* verbum aliquod excidisse putet, *ex* potius supplendum esse, quam *pro*. [*Pro* reduxi, quia monitorem effugerat proximum exemplum, quod extat §. 259.] Ipse tamen Brinkm. in universo hoc loco integrum verbum nullum, sed unam tantum litteram desiderari existimat; sic enim legendum putat: ut hereditatem n. u. t. uel partem restituat. Quae Hugonis quoque est sententia. [Sed ita ordo vocabulorum mutandus esset, hoc modo, *uel totam* hereditatem nostram uel partem.] Inst. lectio haec est: *alii* hereditatem *ejus* vel totam, vel *pro* parte *restituere*.

§.§. 185—190. 1 Cod.: ita *s* et 2 Sched. *sc*. [2a Cod. *hesto*] 3 *liberque* etc. Cod. *liberq.* |*e* esto 4 Cod. *con|stit*

§. 185. Conf. pr. I. de hered. instit. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 7.

§. 186. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 7.

§. 187. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 12.

potest iussu |domini cernere hereditatem, §. 188. Cum
libertate uero[5] heres ||institutus si *quidem in eadem 102. XXII. b.
causa manserit, fit*[6] |ex testamento liber atque[7]
necessarius heres[8]. si |uero ab ipso[9] testatore manu-
missus fuerit, suo arbi|trio hereditatem adire potest[10];
quodsi alienatus sit[11], iussu |noui[12] domini *adire[12a]
hereditatem debet, et ea*[13] ratione |per eum domi-
nus fit heres: *nam ipse alienatus neque*[14] heres,
neque |liber[15] esse potest. §. 189. Alienus quoque
seruus heres institutus |*si in*[16] eadem causa durauerit,
iussu domini here|ditatem adire debet[17]; si uero
alienatus fue|*rit ab eo, aut uiuo*[18] testatore, aut
post mortem eius, ante|*quam adeat, debet iussu no-
ui*[19] domini cernere. si[20] |*manumissus est ante-

[5] *Cum* etc. Inst. *Servus aut a domino suo.* [6] Ex Inst. [7] Sched. *****c* [Verius fuerit *idque* (idemque). Certe Gaius *atque* conjunctionem adjectivam non amat. Habet tamen *diligentius atque exactius* I, 93 et similia I, 111. III, 217. IV, 64. 126 et fortasse plura: neque improbabile est *atq. manu mittatur* I, 162 n. 43. *Ac* semel ita ab eo positum observavi I, 17 *justa ac legitima*; item aliquotiens *ac prius* I, 12. 51. 143. II, 99; *ac ne quidem* I, 139. 140. 141. II, 242. III, 114. 139. IV, 172. l. 48 de v. s.; *ac nec quidem* I, 44. IV, 97. Alioquin saepe dixit *perinde atque, perinde atque si, aliter atque si* III, 181; item *perinde ac, perinde ac si.*] [8] *liber* etc. Inst.: *liber heresque* (Hal.: heresque *ei*) necessarius. [9] *ab ipso.* Inst. *a vivo.* [10] *hereditatem* etc. Inst.: *adire* hereditatem potest: *quia non fit* (Hal.: fit *heres*) *necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequitur* (Hal. *consequatur*). [11] Inst. *fuerit.* [12] Cod.: *iu//u* |*iussu* noui [[12a] Huschk. mavult *cernere*] [13. 14] Ex Inst. [15] *heres* etc. Inst.: *liber neque* heres. [16] Ex Inst. [17] Inst.: jussu *ejus* domini *adire* hereditatem debet. [18. 19] Ex Inst. [Sed antiquiores Inst. codices habent *ab eo* fuerit.] [20] *cernere. si,*

§. 188. §. 1. I. de hered. instit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. §. 11. 12.

§. 189. cit. §. 1. I. de hered. instit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 13.

*quam adeat** [21], suo arbitrio adire hereditatem po|test. §. 190. *Si* autem [22] seruus alienus heres institutus *est* [23], uulga|ri cretione data, ita i(*ntelle*)gitur dies cretionis cede|**re* [23a] *si** ipse seruus scierit, se heredem institutum esse, |nec ullum impedimentum sit, 16
quominus certi|orem dominum faceret, ut illius iussu cerne|re possit.

|§. 191. Post haec uideamus de legatis. quae pars P
iuris ex|tra propositam quidem materiam uidetur; nam 20
|loquimur de his [1] iuris figuris, quibus per uniuer|sitatem res nobis adquiruntur: sed cum omni modo [2] de
|testamentis, deque heredibus, qui testamento institu|u- 24
untur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco
103. XXI. a. ||poterat [3] haec iuris materia tractari.

|———— ———— ———— ———— [1]

|§. 192. Legatorum utique genera **sunt** [2] quattuor: L

Inst.: *adire. At* si. [21] Inst.: manumissus est *vivo testatore, vel mortuo,* antequam adeat. Verba tamen *vivo testatore, vel mortuo* in contextum non recepi. Nam sententia etiam sine iis consistit: spatium autem, de quo explendo agitur, tale est, ut vix sufficiat necessariis verbis; desiderari enim videntur litterae circiter 17. Itaque in Cod. sic scriptum puto: *m̄missus* (manumissus) *ē.* (est) *anteq̧* (antequam) *adęat* [Huschkio verius videtur *cerneret.*] [22] *potest. Si autem.* Sched. *po|test autem* Excidisse itaque videtur *si* Haud tamen scio, an in ipso Cod. sit: *po|tē.* (potest) *si* autem. Hollw. [23] Sched. c; pro *ē.* (est), ut opinor. [[23a] Ita et Huschk. et ego. Ed. 1 et 2 ita igitur dies cretionis cede**nt*]

§. 192. [1] Inst. *iis.* [*his* optimi.] [2] Inst. *omnino.* [*omni modo* pauci.] [3] Malim *poterit.* Brinkm. [Cavendum ne assentiamur.] Inst. *potest.*

§. 192. [1] In media lineae parte comparent ductus *//s*(vel c) Reliqua linea vacua quidem nobis visa est; sed vereor, ne oculi

§. 191. pr. I. de legat. Epitome, II, 5. pr. Vlpianus,
§. 192. Conf. §. 2. I. de legat. Fragm. XXIV, §. 2.

aut enim |per uindicationem legamus, aut per damnationem, aut si|nendi modo, aut per praeceptionem.

P |§. 193. Per uindicationem ******************** [1] uerbi |gratia: HOMINEM STICHVM DO, LEGO. sed si *******[2] |uerbum positum sit, uelut ************** *per uin*|dicationem legatum est: siue[3] ******************** |*[4] ita legatum fuerit, SVMITO[5] *************** |ita, CAPITO; aeque per uindicationem[6] *legatum est.

§. 194. *Ideo au*|item[7] per uindicationem legatum ap-

nos fefellerint: isti enim ductus inscriptionem aliquam arguunt. Fuerit: *de legatis* [2] *s̄*. i. e. sunt. Sched. *

§. §. 193—200. [1] Sched. *l*————— [2] Sched. *a*⁎*/cr* (vel *p*)*r*(vel *p*)*a*(vel *o*) [3] *est siue*. Sched. *e s/uc* [4] Sched.: |*u* [5] Sched. *su*— [6] Gajum ita fere scripsisse arbitror: Per uindicationem *legatum relinquitur ita* uerbi gratia: hominem Stichum do, lego. sed si *alterutrum* uerbum positum sit, uelut *do, aut lego, etiam per uin*dicationem legatum est: siue *aliis similibus uerbis uelut* ita legatum fuerit: su*mito; uel ita: sibi habeto; uel* ita: capito, aeque etc. [Gösch. novissime ita formavit. Per uindicationem *legatum h' m̊* (hoc modo) *relinquimus* uerbi gratia: hominem Stichum do, lego. sed si(*ue*) *alter*(*ut*)*rū*|uerbum positum sit, uelut: *hominē Stichū do, p̲ uin*|dicationem legatum *ē*: siue *aliis similib.' uerbis ū*|*ū* ita etc. Hollw. collata §. 201, item 209 et 216, mavult Per uindicationem *hoc modo legamus: L. Titio* uerbi gratia hominem etc. Hoc mihi verum videtur: ita IV, 83 *verbi gratia fundum* (cf. III, 147. 161). Tum velim cum Hefft. *s' ed si alter*(*ut*)*rū*, ad exemplum paragraphi 201: *ed* codex habet p. 173, 14. In proximis uelut *Stichum do, ā.* (aut) *lego, p̲ uin*dicationem etc. confirmat Epitome, in qua est *illum servum tibi do, aut lego*. De tertio membro non habeo quod dicam; nisi quod conjunctionem *sive* recte habere nego, qua Gaius post apodosin non utitur. Possis si uero *etiam aliis uerbis ūū* ita etc. *Si vero* post *sive* habes III, 41. 43.] [7] *legatum* etc. Sched.

§. 193. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 3. Epitome, II, 5, §. 1. Theophilus, II, 20, §. 2.

§. 194. Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2. Epitome, II, 5, cit. §. 1. L. 69. pr. de legat. 1. (ex Nostri Libr. de Legat. ad Edict. Praetor.) item infra §. 204.

pellatur, quia[8] *post* aditam |hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit: et si eam le|gatarius uel ab herede, uel ab alio quocumque, qui eam possidet, |petat, uindicare debet, id est, intendere, **rem suam**[9] |ex iure Quiritium esse. §. 195. In eo *uero*[10] 18
dissentiunt prud**entes, quod Sabinus**[11] |quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores |quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem pu|tant fieri legatarii, etiamsi ignoret, sibi legatum |esse dimissum; 20
set[12] posteaquam scierit et ********** |tum[13] perinde esse atque si legatum non esset; |Nerua uero et Pro- N
culus ceterique illius scolae au|ctores non *aliter*[14] putant rem legatarii fieri, quam si uolu|erit eam ad se, 24
104. XXI. b. pertinere. Sed hodie ex diui Pii Antonini ||constitutione hoc magis iure uti uidemur[15], |quod Proculo placuit. nam cum legatus fuisset La|tinus *per*[16] uindicationem coloniae, deliberent, |inquid[17], Decuriones, 4

———|*tem* Lege: *legat̄* (legatum) *ē.* (est) *ideo au|tem* Sand. Ed. 1. ita habet: ************ §. 194. *I*|tem

[8] *legatum* etc. Sched. *legat arp*(vel *r*)*c***** *q///* Lege: *legat̄* (legatum) *appellat'* (appellatur) *quia* Sand. In Ed. 1. sic est: legata ***********

[9] Desiderantur circiter litterae 8. Ceterum in Ed. 1. legitur: **suam rem** Quem verborum ordinem Brinkmanni monitu inverti. Conf. Commentar. IV. §. 92.

[10] *uero.* Sched. *//**o*

[11] Requiruntur litterae circiter 10. Scriptum puto: prud*entes n̄* (nam) *sab.* (sabinus). [Ex *nam* feci *quod,* quia alioquin *in eo* non intellegebam.]

[12] Sched. *et*

[13] Sched. *ccp*(vel *r*)*///***a* |*tum* Legendum erit *spreuerit tum,* quod Niebuhrio, vel *repudiauerit tum,* quod Bluhmio, vel *reppulerit tum,* quod Eulero placet.

[14] Cod. *alite*

[15] Ed. 1.: uide*b*imur Sched. *u/de**/***mur* Bl. *uideuidemur*

[16] Cod. *pro*

[17] Cod. *inquid*

§. 195. *Sabinus — — — non esset.* Conf. Iulianus, L. 81. §. 6. et L. 86. §. 2. de legat. 1. *Nerua uero — — ad se pertinere.* Conf. Neratius, L. 64. de furt. [item infra §. 200.] *cum legatus fuisset Latinus.* Conf. Plinius, Lib. X, epist. 105.

an ad se uelint pertinere, proinde ac si uni legatus esset. §. 196. *Eae* autem solae res[18] per uin|dicationem legantur recte[19], quae ex iure Quiritium ipsius testa|toris sunt. sed eas quidem[20], quae pondere, numero, |mensura constant, placuit sufficere si mor|tis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum, |oleum, frumentum, pecuniam numeratam[21]. ce|teras res uero placuit utroque tempore testato|ris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo fa|ceret testamentum[22], et quo moreretur: alioquin in|utile est legatum. §. 197. Sed sane hoc ita est iure ciuili. postea uero auctore |Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si |eam rem quisque legauerit, quae eius numquam fuerit, |perinde utile[23] sit legatum, atque si optimo iure reli|ctum esset: optumum autem ius est per damnationem |legatum[23a], quo genere etiam aliena res legari po|test, sicut inferius apparebit. |§. 198. Sed si quis rem suam legauerit, deinde

An *inquit?* Buttm. [Non debuit dubitari.] [18] *esset* etc. Ed. 1.: esset. §. 196. ************* Sched. *eet* (esset) *ad*(vel *o*)*au temsoler* At Bl. in Cod. inter *ad* et *autem* adscriptas supra lineam deprehendit litteras *es* (vel *o*): unde, geminata littera *t* in fine verbi *esset* posita, et littera *d* mutata in *l*, legendum censet *tales autem*. Quod cum valde mihi arrideat, universum locum sic restituendum puto: *eetales* (esset tales) autem *sole* (solae) ℞ (res). [Sic Ed. 2. Feci minus operose *Eae autem*. Librarius videtur scripsisse *ad*^{ae}*autem*, eodem vitio quo erat §. 181 n. 22 *at illa autem*. Nam *ae* esse *eae* dixi ad §. 125 n. 20.] [19] Sched. et Ed. 1.: res ** Bl. *recte* [20] Cod. *quidemm* [21] [Ed. 1 et 2 *pecunia numerata*] [22] Cod. *fa|ceretestamentum* [23] Cod. *utile* [[23a] Apud Vlpianum *jus legati* per damnationem *est.*]

§. 196. Conf. Vlpianus. Fragm. XXIV, §. 7. Epitome, II, 5, cit. §. 1. et §. 3.

§. 197. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 11a. Vatic. Fragm. §. 85. *sicut inferius apparebit.* Vid. §. 202.

§. 198. Conf. §. 12. I. de legat.

post testa|mentum factum eam alienauerit, plerique
pu|tant, non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed
nec[24] |ex senatusconsulto confirmari. quod ideo di- 24
105. XV. a. ctum ||est, quia etsi per damnationem aliquis rem
suam |legauerit eamque postea alienauerit, plerique
|putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen lega-
ta|rium petentem per exceptionem doli mali repelli, 4
quasi contra uoluntatem[25] defuncti petat. |§. 199. Illut 1
constat, si duobus pluribusue per uindicationem |ea-
dem res legata sit, siue coniunctim, siue disiun|ctim, 8
si omnes ueniant ad legatum, partes ad sin|gulos per-
tinere, et deficientis portionem colle|gatario adcrescere.
coniunctim autem ita le|gatur: TITIO[25a] ET SEIO
HOMINEM STICHVM DO, LEGO; dis|iunctim ita: LV- 12
CIO TITIO HOMINEM STICHVM[26] DO, LEGO. SEIO
|EVNDEM HOMINEM DO, LEGO. |§. 200. Illut quae- 1
ritur, quod sub condicione per uindicationem |legatum
est, pendente condicione cuius esset. no|stri praecepto- 16
res heredis esse putant exemplo statulibe|ri, id est,
eius serui, qui testamento sub aliqua con|dicione liber
esse iussus est: quem constat interea he|redis seruum
esse. sed diuers*ae*[27] scholae aucto|res putant, nullius 20
interim eam rem esse: quod mul|to[28] magis dicunt

[24] Sched. item Bl. *ne* [Supra §. 49 n. 20 codex Veron. non confirmabat, quod Schraderus ex multis Inst. codicibus edidit, *sed ne ullus alius habet.*] [25] Cod. *uolumntatem* [[25a] Sched. *(?)titio* Vlpianus praenomen non habet. In simili casu Gösch. ex Inst. addidit §. 250.] [26] Cod. *istichum* [27] Cod. *diuerso* [28] *quod multo.* Ed. 1.: quod *tan*|to Sched. *quo***?|*to* Bl.: *q* mul|to.

§. 199. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 12 et L. 1. §. 3. de usufr. accresc. Epitome, II, 5, cit. §. 1. et §. §. 4. 5. Iulianus, L. 30. de condic. et demonstrat. §. 8. I. de legat.

§. 200. *Illud — — heredis esse putant.* Conf. L. 29. §. 1. qui et a

de eo, quod sine condicione pure |legatum est, antequam legatarius admittat legatum.

P |§. 201. Per damnationem hoc modo legamus:
24 HERES MEVS STICVM[1] |SERVVM MEVM DARE[2]
DAMNAS ESTO. sed et si DATO ||scriptum sit, per 106. XV. b.
damnationem legatum est. §. 202. *Qu*|o[3] genere legati etiam aliena res legari potest, ita |ut heres redi-
4 mere et praestare, aut aestimationem eius |dare debeat.[4] §. 203. Ea quoque res, quae in rerum natura non |est, si modo futura est, per damnationem legari potest[5], |uelut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex |illa ancilla natum erit. §. 204. Quod au-
8 tem ita legatum est, |post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut |per uindicationem legatum,

§.§. 201—205. [1] Cod. *isticū.* [2] Cod. *darem* [3] *scriptum* etc. In Ed. I. contexto est: scripserit *************************** §. 202. *Qu*|o; in annotationibus lacunam sic explevi: *aeque p damnationem legatum est.* Sched. *scripserit* — ——————————————|*o* Bl.: scriptum sit *p* (per) *damnatione* (damnationem) legatum *e*****|o (Librarius scripsisse videtur: *ē.* (est) *qu*|o) [4] In Epit. (II, 5, §. 2.) post expressam huj. §. sententiam adiecta leguntur haec: *Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest, et inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est, ab herede aut ipsam rem, aut aestimationem rei in pretio legatario dari.* [5] *per*

quib. manumissi (ex Nostri Libr. de Manumiss.). *exemplo statuliberi* — — *heredis seruum esse.* Conf. Vlpianus, Fragm. II, §.§. 1. 2. et L. 9. pr. de statuliber.

§. 201. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 4. Epitome, II, 5, §. 2. Theophilus, II, 20, §. 2.

§. 202. Conf. supra §. 197. item Epitome, II, 5, cit. §. 2. et §. 3. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 8. §. 4. I. de legat.

§. 203. §. 7. I. de legat. Conf. Epitome, II, 5, cit. §. 3.

§. 204. *Quod* — — — *tradere debet.* Conf. supra §. 194. infra §. 213. *ideo legatarius in personam agere debet.* Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2. *nam si mancipi rem* — — *legatarii.* Conf. supra §. 41. *ut supra quoque diximus.* Vid. §.§. 42. 44. 54.

continuo legatario ad|quiritur, sed nihilominus heredis est. ideo [5a] legatarius |in personam agere debet, id est, intendere, heredem |sibi dare oportere: et tum heres (*rem*), si [6] mancipi sit, |mancipio dare, aut in iure cedere, possessionem|que tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit si tradi|derit. nam si mancipi rem tantum tradiderit, nec |mancipauerit, usucapione **demum** [7] pleno iure fit le|gatarii: **finitur** autem usucapio, **ut supra quoque** |diximus, mobilium quidem rerum anno, earum |uero, quae solo tenentur [8], biennio. §. 205. Est et ********* |——————————— **si eadem res** [9] du|obus pluribusue per damna-

damnationem etc. Inst. *recte legatur.* [[5a] Sic Schedae, *est ideo* Sed malim *ē et ideo.* Conf. ad §. 213 n. 10. *Ideo* sine copulativa particula positum §. 226 non reiciam: sed IV, 44 *ob id* valde displicet.] [6] *heres* etc. Sic ex Brinkmanni sententia nunc scripsi. In Ed. 1. est: heres, si (*res*) [7] *demum.* Sched. **(?) In Ed. 1. lacunam verbo *ea* explevi: male profecto, jejunum enim est istud *ea*. Verum assentiri non possum neque Brinkmanno, neque Eulero, quorum ille reponendum existimat *quidem*, hic *duntaxat*. Haec enim verba, quamvis adhibitis notis *q̄d.* et *dt̄.* ita scribi possint, ut neutrum lacunae ambitum excedere videatur, ad sententiam tamen, ut mea fert opinio, parum accommodata sunt. [*Dum taxat* cur reiciatur non video.] Optime vero sententiae convenire puto vocem *demum*, in qua significanda duplici compendio uti potuit librarius, scribendo vel *dm.*, vel *dᵐ.* Prioris scripturae testem habemus Petrum. [8] Cod. *teneant'* i. e. *teneantur.* [Hoc ut servari posset, Hefft. maluit *finiri* autem *usucapionem iam supra* diximus; quod probasse Göschenium notavi ad §. 54 n. 7.] [9] Sched. post *ē* (est) *et* ductus incertos exhibent hos: *////o/***' |*o*////** *p* (per?) *u/a*(vel *s*) *dx//*o*(vel *v*)*s*—(uindicationem?) ——— Euler. locum ita

§. 205. *si eadem res — — partes debentur.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 13. Epitome, II, 5, §. 4. Paulus, L. 7. de legat. 2. Iulianus, L. 84. §. 8. de legat. 1. Vatic. Fragm. §. §. 85. 87. *si uero — solida res debetur.* Conf. Vlpianus, loc. cit. Epitome, II, 5, §. 5. *ut scilicet — praestare debeat.* Conf. Epitome, II, 5, cit.

tionem[10] legat|a sit, si quidem coniunctim, plane singulis partes |debentur ****************************[11]
24 *si ue*|ro disiunctim, singulis solida res debetur[12], ||ut scilicet heres alteri rem, alteri aestimationem |eius praestare debeat. et in coniunctis deficientis por|tio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate re- 107. V.b.
4 |manet[13].

§. 206. Quod autem diximus, deficientis portionem (in) |per damnationem quidem legato in hereditate re-ti|neri[1], in per uindicationem uero collegatario ac-
8 cre|scere, admonendi sumus, ante legem Papiam |iure ciuili ita fuisse[2]: post legem uero Papiam de|ficientis portio caduca fit, et ad eos pertinet, qui in |eo testamento liberos habent. §. 207. Et quamuis prima cau|sa
12 sit in caducis uindicandis heredum liberos |habentium, deinde, si heredes liberos non habe|ant, legatariorum

restituendum esse opinatur: est et *alia differentia inter legatum per uindicationem et per damnationem*: si *enim* eadem res. Conf. Epit. II, 5, §. 5. [10] Sched. *damn/contrac//onem* [11] Sched. *deuent'* (deuentur) s————————— Heis. legendum censet: debentur, *siue omnes ueniunt ad legatum, siue non*. At, si Eulerum audiamus, sic legemus: debentur, *sicut in per uindicationem legato*. Conf. Epit. II, 5, §. 4. [12] Sched. *deueu***/*? In Cod. sic esse puto: *deueuetur* [13] *remanet*. Bl. syllabam re, dubiam antea, in Cod. agnovit.

§. §. 206 — 208. [1] Cod. *retinere* [2] Cod. *fuisset*

§. 5. L. un. §. 11. C. de caduc. tollend. (Iustinian.) Pomponius, L. 13. §. 1. de legat. 2. Iulianus, L. 82. §. 5. de legat. 1. *et in coniunctis* etc. Conf. Vlpianus, loc. cit. item cit. L. 7. et cit. L. 84. §. 8.

§. 206. *Quod* — — — *caduca fit*. Conf. supra §. §. 199 et 205. item Vlpianus, Fragm. XXIV, cit. §. §. 12. 13. *et ad eos pertinet* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 17. Iuvenalis, Sat. IX, vers. 88. Fragm. veter. ICti de Iure Fisci, §. 3. item infra §. 286. Vatic. Fragm. §. 195.

